Digitized by Google

9707.

jurn 8 2 p. 817

#

Habert

(Isaac)

339599

DE CATHEDRA SEV PRIMATV SINGVLARI S. PETRI IN ECCLESIA CATHOLICA Apoſtolicâ & Romanâ

LIBRI DVO,

ISAACI HABERTI

PRESBYTERI CANONICI, AC THEOLOGI ECCLESIÆ PARISIENSIS, Abbatis S. Mariæ de Allodijs Doctoris Sorbonici Regi à Conſilijs & ſacris Concionibus ordinarij.

S. Cyprian. de Vn. Eccl. PETRI CATHEDRA SINGVLARIS.
S. Bernard. ſec. de conſid. PONTIFICIVM PETRI SINGVLARE.

BIBLIOTHEQUE DE LA VILLE LYON 1836

PARISIIS,
Apud THOMAM BLAISE, viâ Iacobeâ, ſub ſigno D. Thomæ.

M. DC. XLV.
Cum Approbatione & Priuilegio.

PRIMÆ VERITATI S. S.

Ἀνῆλθον ἱστορῆσαι Πέτρον, Paul. ad Galat. 1.

ORNATISSIMO AC ERVDITISſimo viro D. Haberto Eccleſiæ Pariſienſis Canonico, Theologo, Doctori Sor-bonico.

VIdi ego codicem tuum *De Cathedra*, *ſeu Primatu ſingulari ſancti Petri in Eccleſia Catholica, Apoſtolica, & Romana*; quaſi codicem Dei. Equidem quot in eo legi paginas, tot acies, tot caſtra Dei viuentis, gladium etiam Domini & Gedeonis aduerſus inimicos Monadici Capitis viſibilis Eccleſiæ ſancti Petri, cui τὰ πρωτεῖα ϗ τάξεως, ϗ ἐξουσίας, ϗ ἀξιώματος, ϗ ὑπεροχῆς conceſſit Chriſtus Dominus, vt diſcant iſti non blaſphemare, ſed caueant canem adſitum Oſtiario Eccleſiæ ſancto Petro, & adlatrantem: & timeant ſibi à lapide iſto, in quem ſi impegerint haud dubiè conſtringentur, ſicut, ſi ſuper eos ceciderit, conteret illos. Ne ergo improbabilia & inuiſa iactēt ſpermologi iſti, ne portent iudicium Dei dum nos perturbant, neque lateant in ſpeluncâ effractorum & exlegum, vnde in obſcuro ſagittant rectos corde. Recogitent ſeriò iudicium Dei, quo nihil proderit excipere aut replicare, nec locus erit paragrapho, nec digeſtis: ne dum priuatam habere volunt veritatem, priuentur eâ. Veritas enim tua, Domine Deus, non mea, non huius, aut illius, ſed omnium noſtrûm quos ad communionem cum Eccleſia & cum capite eius viſibili non διμόρφῳ publicè vocas, vt Catholici ſimus, terribiliter admonet & increpat ſuperbos, qui dum nauim inſtitoris diuidunt, frangunt, neque illi, neque illorum ſectarij habebunt, nec ſuſcipient vnguentum, nec benedictionem, nec vitam quam mandauit illic Dominus vſque in ſæculum.

GEORGIVS FROGER Doctor Scholæ Pariſienſ. ſocius Sorbonicus & Parœcus Eccleſiæ Sancti Nicolai è Cardineto.

4. Nonas Martij 1645.

EGo Subſignatus è Societate Sorbonica Doctor Theologus, Legi & probaui eruditum opus Isaaci Haberti Doctoris Sorbonici & Eccleſiaſtæ Pariſienſis *De Cathedra, ſeu Primatu ſingulari ſancti Petri in Eccleſia Catholica, Apoſtolica & Romana*, in quo ſummâ fide & ſingulari induſtria exponit quod ſemper, quod vbique, quod ab omnibus creditum eſt, ita, quia ſequitur vniuerſitatem, antiquitatem, conſenſionem; ſcribit vt Catholicus & inſignis Eccleſiæ Doctor, nec vmquam deficit à Regula fidei vnius ſanctæ Catholicæ, Apoſtolicæ & Romanæ Eccleſiæ. Datum in Sorbonâ 4. nonas Martij anno Domini 1645.

C. Morel.

Extraict du Priuilege du Roy.

PAr grace & Priuilege du Roy, il eſt permis à Thomas Blaiſe, Iure Libraire à Paris, d'imprimer, ou faire imprimer vn liure intitulé, *De Cathedra ſeu Primatu ſingulari S. Petri in Eccleſiâ Catholicâ Apoſtolicâ & Romanâ, Libri duo.* Isaaci Haberti *Presbyteri Canonici, ac Theologi Eccleſiæ Pariſienſis, Abbatis ſanctæ Mariæ de Allodijs, Doctoris Sorbonici, Regis à Conſilijs & ſacris Concionibus ordinarij.* Et deffenſes ſont faites à tous Imprimeurs, Libraires, & autres, de l'imprimer, ou faire imprimer, en vendre ou diſtribuer, d'autres que de ceux qu'aura fait imprimer ledit Blaiſe, ſi ce n'eſt de ſon conſentement; à peine de quinze cens liures d'amende, confiſcation des exemplaires, & de tous deſpens; & ce durant le temps & eſpace de dix ans, finis & accomplis, à compter du iour que ledit liure ſera acheué d'imprimer, comme plus amplement eſt contenu audit Priuilege. Donné à Paris le 4. Mars 1645.

Signé Ceberet.

Emenda, demenda, vel addenda.

Lib. Prim.

PAgina 19. linea 12. qui per, lege quippe, Pag. 20. l. 3. quoque lege quæque, Pag. 27. l. 28. πολλὴ. lege πολλὰ. Pag. 32. l. 23. ἀοιδίμω. l. ἀοιδίμω. Pag. 33. l. 10. afferret. l. referret. Pag. 34. l. 1. Architium. l. Archibium. ibidem l. 10. Tirin. l. Ticin. Pag. 39. l. 28. προσχειρίσατο, l. προσχειρήσατο. Pag. 49. l. 4. heruæus natal. adde ex ſancto Gregorio. ibid. l. 20. rerum. l. verum. ibid. l. 26. prerogatiua. l. prærogatiuâ. Pag. 54. l. 19. ſe, lege eſſet. p. 57. l. 12. leg. Ioannis. Pag. 60. l. 1. hæc. l. hac. Pag. 61. l. 23. hirmerium. l. himerium. Pag. 62. l. 4. Eugutinum l. Eugubinum. Pa. 97. l. 1. leg. à puero.

Lib. Secund.

PAg. 10. l. 18. Vnum idem. l. Vnus idemque. ibid. l. 25. Petro Moſes. l. Petrus Moſi. Pag. 15. l. 5. præſepe. l. perſæpe. ibid. l. 7. dele igitur. Pag. 17. l. 2. confectum. l. præfectum. Pag. 22. lin. 16. pergo. leg. pergæ. Pag. 23. l. 18. ἔλεαζε. l. ἐλάαζε. Pag. 35. lin. 2. ſequetur. l. ſequatur. Pag. 38. l. 14. dele virgulam ante Apoſtolatus. Pag. 40. l. 23. ea. l. ex grat. Pag. 41. l. 8. Paſtoris. l. Paſtori. Pag. 49. l. 15. ἀπέδηξεν. l. ἀπέδειξαν. Pag. 53. l. 2. annum. add. ſecundum. Pag. 54. l. 9. dotibus merit. l. dotibus ac meritis. ibid. lin. 14. SS. Petro Paulo. l. Petro & Paulo. Pag. 55. l. 10. ille. l. illa. Pag. 62. l. 21. conſentanea l. conſectanea. Pag. 66. l. 6. dele tamen. Pag. 69. l. 13. ſi enim. l. ſic enim. pag. 70. lin. 21. minorem adde & S. Thom. qui. Pag. 73. lin. 20. dele. vt. pag. 103. lin 8. leg. Catholicam. Pag. 104. l. 12. hoc. l. hæc. ibid. lin. 24. Timothæi. l. Timothei. pag. 112. lin. 23. leg. Argumentum vero teſſellatum.

INDEX CAPITVM.

LIBRI PRIMI.

BIBLIOTHÈQUE DE LA VILLE LYON 1895

CAPVT Primum. Cathedra ſiue Primatus ſingularis S. Petri imprimis ex promiſſione Chriſti aſſeritur. fol. 1

Cap. 2. Primatus Petri ſingularis ex Chriſti inſtitutione aſſeritur. fol. 10

Cap. 3. Cathedra ſingularis Petri ſeu Primatus ratione ſingulari aſſeritur. fol. 15

Cap. 4. Cathedra ſiue Primatus Petri ſingularis ex omnium Eccleſiæ ætatum ſiue ſingulorum doctrina confirmatur. fol. 19

Cap. 5. Cathedra ſingularis Petri ſeu Primatus, ſæculi 5. & 6. teſtimoniis illuſtratur. fol. 29

Cap. 6. Cathedra ſingularis S. Petri ſeu Primatus ſingularis oſtenditur ex teſtimonijs ſequentium trium ſæculorum, ſept. oct. & noni. 35

Cap. 7. Cathedra & Primatus Petri ſingularis ex ſæculorum x. xi. & xii. teſtimonijs comprobatur. 41

Cap. 8. Singularis Petri Cathedra ſeu Primatus ex Scriptoribus Orthodoxis ſæculorum xiii. xiv. & xv. nobiliſſimis confirmatur. 47

Cap. 9. Singularis Cathedra ſeu Primatus Petri ex ſæculorum duorum 16. & 17. teſtimoniis confirmatur. 53

Cap. 10. Singularis Petri Cathedra ſeu Primatus ex ſententia ſummorum Pontificum aſſeritur. 60

Cap. 11. Singularis Petri Cathedra ſeu Primatus ex Hiſtoricis ſacris illuſtratur. 70

Cap. 12. Ex Poëtis ſacris ſingularis Petri Cathedra, ſeu Primatus celebratur. 77

Cap. 13. Ex nullis ſcriptoribus niſi Heterodoxis hauriri potuiſſe ſententiam illam de Pauli cum Petro paritate in Cathedra & Primatu Eccleſiæ Catholicæ, Apoſtolicæ & Romanæ. 82

LIBRI SECVNDI.

CAp. Primum. De Cathedra ſeu Primatu ſingulari S. Petri in Eccleſia Catholica, Apoſtolica & Romana. fol. 1

Cap. 2. Diluitur argumentũ alterũ Antonij de Dominis ac Eraniſtæ art. IV. ex titulo Apoſtoli & Doctoris Gentiũ petitum. 12
Cap. 3. Ex Pauli apud Romanos prædicatione, malè ab Antonio de Dominis & ab Eraniſtâ colligi eum parem fuiſſe Petro, in Cathedra ſeu Primatu Eccleſiæ Catholicæ, Apoſtolicæ & Romanæ: de verbis præſertim ipſius in Epiſtolâ ad Romanos diſſeritur. 19
Cap. 4. Ex reprehenſione quam Petrus à Paulo ſuſtinuit malè ab Eraniſtâ colligi Petro Paulum æqualem fuiſſe: cum à SS. Patribus contrarium exponatur. 25
Cap. 5. Antonium de Dominis & Eraniſtam fruſtrà ex Romanorum Pontificum ſcriptis Pauli cum Petro paritatem in Eccleſiæ Catholicæ & Romanæ Cathedrâ & Primatu occupari. 35
Cap. 6. Expenduntur teſtimonia Patrum quibus M. Antonius de Dominis, nec non Eraniſtes, æqualitatem Pauli cum Petro in Cathedra & Primatu Eccleſiæ Catholicæ, Apoſtolicæ & Romanæ ſuadere conati ſunt. 45
Cap. 7. S. Paulum ſeorſim à S. Petro memoratum, numquam Apoſtolorum Principem, Eccleſiæ Caput, Vniuerſalis Eccleſiæ Paſtorem ſupremum, nunquam Romæ primum Epiſcopum, vt Petrum, ab Orthodoxis, vetuſtiſque præſertim ſcriptoribus appellari. 57
Cap. 8. Pauli ſingulares quædam prærogatiuæ, Apoſtolis aliis minimè communes; quædam cum Petro; Primatus Eccleſiæ & Cathedra ſingularis Petri ſolius. 62
Cap. 9. Argumentum M. Antonij de Dominis & Eraniſtæ ab vnitate Sedium Patriarchalium ex S. Gregorio petitum euertitur. 67
Cap. 10. Ratio ducta ex conſortio imperij Remi & Romuli, aliorumque Imperatorum exemplis exploditur. 75
Cap. XI. Eraniſtæ pernitioſum dogma, de multiplicitate ſeu numero Capitum in eadem Monarchia. 79
Cap. XII. Ex Monarchiâ ſanctiſſimæ Trinitatis, fictitiam plurium Principum Monarchiam aſſeri non poſſe. 96
Cap. XIII. Vnus Deus, Vnus Epiſcopus; Vox Eccleſiæ contra Eraniſtam. 111
Cap. XIV. Commentitia ex Pauli cum Petro æqualitate commoda paucis refutantur. 105
Cap. XV. Ad locos è recentiorum ſcriptis petitos, præſertim reſpondetur. Cætera ad R. in CP. Epiſcopum Vaurenſem remittuntur. Lucubrationis Concluſio & Anacephaleoſis.

Finis Indicis Capitum.

ISAACI HABERTI
PARISINI
ECCLESIÆ PARISIENSIS
PRESBYTERI CANONICI
AC THEOLOGI, DOCTORIS
Sorbonici.

DE CATHEDRA SEV PRIMATV ſingulari S. Petri.

IN ECCLESIA CATHOLICA
Apoſtolica & Romana.

LIBER PRIMVS.

BIBLIOTHÈQUE DE LA VILLE LYON 1896

OPERIS *ARGVMENTVM ADuerſus Librum Anonymum ſuſcepti.*

Cathedra ſiue Primatus ſingularis S. Petri in primis ex promiſſione Chriſti aſſeritur.

CAPVT PRIMVM.

OBSCVRÆ ac incertæ voces plerumque formidinem inijciunt: ſapientum etiam iudicio non poſtremum inter oſtenta locum tenent. Inde funeſtum illud Oraculum aduerſus Ciuitatem ſanctam; *De terrâ*

Eſai. 29. *loquêris, erit quaſi Pythonis de terrâ vox tua, & de humo eloquium tuum muſsitabit.*

Neſcio quid auribus noſtris tale nuper inſonuit: ex quo liber quidam Vernaculus De Avctoritate SS. Petri et Pavli lucem aſpexit. Noua paſſim dogmata in vulgus iactata ſunt.

Pag. 6. *Petrus & Paulus ambo capita Eccleſiæ Romanæ & Vniuerſalis exſtiterunt. Duo illa Capita vnum* Pag. 53. & al. *componebant. Paulus æqualis perfectè fuit Petro in ratione Capitis Eccleſiæ Romanæ, & totius Eccleſiæ Vniuerſalis.*

Liber Anonymus quò magis Auctorem occultat, eò ſplendidiùs errorem prodit. Præcipuus operis artifex frontem celat, nullâ certè præter verecundiam aut metum, latendi cauſsâ: plus tamen veritati, cuius deſertores ac populatores affectatur, quàm ſibi timere aut erubeſcere debuerat. Quandoquidem verò Catholicum ſe profitetur: nihil de eo triſtius, nihil atrocius decerno: propter teſſeram Religionis, pietatiſque fœdus, cum illo non vt hoſte, ſed vt hoſtilibus armis induto primus in certamen deſcendo. Vnum, amabò, liceat, cum ille nullum ſibi fecerit, Eraniſtæ ipſi nomen imponere: quo Ss. Patres, Scriptoris anonymi hæreticorum compilatoris, qualem in omnibus ſeſe ſtudiosè exhibet, erratum potiùs quam perſonam deſignant.

Theodoriti Epiſcopi facundiſſimi cum Eraniſtâ ſeu Polymorpho pugnam adorientis, verba mirum in modum ad rem faciunt. Ἄμεινον μὲν ἦν συμφωνεῖν ἡμᾶς καὶ τὴν ἀποστολικὴν διδασκαλίαν φυλάττειν ἀκήρατον. ἐπειδὴ δὲ οὐκ οἶδ' ἀνθ' ὅτου τὴν ὁμόνοιαν διαλύσαντες, καινὰ νῦν ἡμῖν προβάλλεσθε δόγματα, δίχα τινὸς ἔριδος εἰ δοκεῖ, κοινῇ ζητήσωμεν τὴν ἀλήθειαν. [Melius quidem erat nos eadem ſentire, « & Apoſtolicam doctrinam incorruptam ſeruare: attamen quia neſcio quam ob cauſſam ſoluto concordiæ vinculo noua nunc nobis dogmata proponitis: ſine vllâ contentione, ſi placeet, communi diſceptatione veritatem exquiramus. « *Theodorit. Dialog.* I.

Error igitur de vno duplicique Eccleſiæ Capite, in heterodoxorum pridem officinâ conflatus, ab Eraniſta, cætera vt opinor Orthodoxo, expolitus eſt, ac tandem in publicum expoſitus. Nulli perduellium Eccleſiæ ex animo exciderat, quin Paulum Petro exæquaret: Luthero, Caluino eorumque aſſeclis id ſolemne: Duo vero præſertim, Rainoldus Anglus, & M. Antonius de Dominis Exarchiepiſcopus Spalatenſis in hanc parilitatem acriùs incubuerant. Poſtremum hunc ſedulò excoluit imò & demeſſuit Eraniſtes: qui in eiuſdem percenſenda retractatione fructuoſiùs operam collocaſſet. Doleo quod aberrantem ſectari, quam reuertentem comitari maluerit. *Rainold. in Colloquio. Dominis l.* I. *& 4. de rep.*

Nemo ſanè mirabitur hæreticos, qui poſuerunt in cœlum os ſuum, qui Petri ſucceſſoribus bellum indixerunt, fidei Petram arcemque palam oppugnare: Petro ſacri verticis infulas ereptum ire: Petrum vt ab Oecumenicæ ſingulariſque Cathedræ ſolio deturbent, nullas non machinas admouere. Enimverò hæc prima ferè væcordia hæreticos aut facit aut probat. Verùm in alumnis Eccleſiæ & fidei domeſticis, qui ſtatuerunt ſupra Petram greſſus ſuos, non ſolùm huius perfidiæ crimen ſine ſummo piaculo, ſed neque illius ſuſpicio ſine crimine ferè eſſe poteſt.

Quamobrem huic Eraniſtæ Catholico admodum inde contigiſſe arbitror, vt veritatis ipſius radiis perſtrictus, & conſcientiæ vi permotus, dictis ſuis parum ipſe conſtaret: ſic in vtramque partem caput jactat: nunc Paulum Petro, nunc Paulo Petrum anteponit: nunc componit: iam pares, iam diſpares facit: nunc conſerta manu copulat, nunc diuellit: nunc duo Capita, nunc vnum, numero ſcilicet vel mole portentoſum caput efformat. Caput biceps, vnum multiplex, idem eſt tam lepido capiti. Gemina videt omnia, cui ad ad ſingula fermè momenta errores ipſi congeminant. Optimè vetus tractator. *Duæ ſpecies cæcitatis facilè concurrunt: vt qui non vident ea quæ ſunt: ea quæ non ſunt, videre videantur.*

Tertull. Apologet. c.39.

II.

Age verò Eraniſta quiſquis es: hoc enim nomen, quod tibi vltrò concedam, alioqui nomine cariturо, ſuccenſere non potes, debes verò gratulari: ad rem aggredi tempus. Tu Conſulatum, & duos Magiſtratus pares Eccleſiæ adminiſtrandæ, Petrum ſimul & Paulum deſignas: Nos dictaturam, vel potiùs, vt cum SS. Patribus loquamur, ſupremum vnius Petri principatum, vnius Pontificis Cathedram ſingularem agnoſcimus. Tu aſpectabile caput duplex, in vnum coaleſcens: nos Hierarchiæ caput vnicum, alterius non ſolùm poteſtatis, ſed etiam perſonæ conſortis impatiens aſſerimus. Quod à Chriſto Paſtore, & Epiſcopo animarum noſtrarum inſtitutum; Euangelio doceri, traditione confirmari, Conciliis viſum eſſe, vtriuſque linguæ Patribus placere, ſcholis Catholicis probari, Eccleſiæ tandem vniuerſæ toto æuo atque orbe diffuſæ conſenſu ratum ac inconcuſſum niti, hoc acroamate profitemur.

Controuerſiæ ſtatus ponitur.

Theodoritus in dialog. cum Eraniſta.

CATHEDRA SIVE PRIMATVS PETRI IN ECCLESIA CATHOLICA APOSTOLICA ET ROMANA SINGVLARIS.

De Primatu loquimur, aduerte Lector, non de Apoſtolatu, Epiſcopatu, vel Sacerdotio: ſed de Apoſtolatûs, Epiſcopatûs & Sacerdotij primatu, gradu primo, ſuprema dignitate: in cuius culmine & apice duos poſſe con-

ſiſtere pernegamus. Maturè te monitum ea de re volui, ne tibi Eraniſtes illuderet, qui ea, quæ ad Apoſtolatûs & Epiſcopatûs cum aliis Petro communis partes attinent, ad Primatum veteratoriè traducit. In ambiguo ludum prorſus inſolentem ludit; at ſeriò nobis excipiendus eſt.

III.

CATHEDRA ſeu Primatus Petri ſingularis ex Chriſti promiſſione habetur in Euágelio Matthæi conceptis verbis. ET EGO DICO TIBI QVIA TV ES PETRVS, ET SVPER HANC PETRAM ÆDIFICABO ECCLESIAM MEAM: ET DABO TIBI CLAVES REGNI COELORVM. S. Hieronym. lib. 3. Com. *Petro illa benedictio, & poteſtas, & beatitudo, & ædificatio ſuper eum Eccleſiæ in futuro promiſſa non in præſenti data eſt.* Duo ſunt hîc Petro propria atque planè ſingularia. Primum vt ſit Eccleſiæ primarium ex Apoſtolis fundamentum. Alterum vt non ſolùm communes cum cæteris Apoſtolis regni cœlorum claues habeat: ſed etiam quaſdam proprias.

Matt. ca. 16

Quod primum attinet. Non ſum neſcius Chriſtum eſſe æternum & primum Eccleſiæ fundamentum quod à Deo poſitum eſt, vt Paulus docuit: eſſe ſummum lapidem anguli ἀκρογωνιαῖον quamobrem eximiè dicitur B. DIONYSIO αὐτόλιθος lapis velut idealis, Eccleſiæ

1. Tim. 2. Epheſ. 2. Dionyſ. diu. no. c. 1.

fundandæ & in æternum ſtabiliendæ. Quod non prohibet, imò verò facit potiùs, vt Chriſto tanquam lapidi electo, angulari in Sion poſito, Apoſtoli ab eodem delecti, vt lapides viui ſuperimpoſiti, ſpiritali Eccleſię ędificio ſubſternantur. Primus omnium immediatè Chriſto ſuperiniectus Petrus, ſupèr quem, ratione quâdam peculiari Eccleſia ſita, poſita, erecta eſt, atque ipſi etiam Apoſtoli: quod vtinam S. Athanaſius ſcripſiſſet qui vulgò citatur ad Felicem: *Tu es Petrus & ſuper fundamentum tuum Eccleſiæ columnæ ſunt confirmatæ.* Sed dubiis non vtimur, alij nobis adſunt. S. Basilivs lib. ſec. in Eunomium Πέτρος ἐφ' ἑαυτὸν τὴν οἰκοδομὴν τῆς Ἐκκλησίας δεξάμενος. *Petrus qui ſuper ſeipſum Eccleſiæ ædificationem ſuſcepit.* Idque vocat τὸν χαρακτῆρα τοῦ Πέτρου ἀφορισμένον καὶ νοούμενον ἐκ τῆς φωνῆς Πέτρος Characterem Petri circumſcriptum & intellectum per hanc vocem Petrus: & de Paulo addit. Πάλιν ἀκούσαντες Παῦλον ἑτέρων ἰδιωμάτων συνδρομὴν ἐνοήσαμεν. τὸν Ταρσέα, τὸν Ἑβραῖον, τὸν κατὰ νόμον Φαρισαῖον, τὸν μαθητὴν Γαμαλιήλ, τὸν κατὰ ζῆλον διώκτην τῶν Ἐκκλησιῶν Θεοῦ, τὸν ἐκ φοβερᾶς ὀπτασίας εἰς τὴν ἐπίγνωσιν ἀναχθέντα, τὸν ἀπόστολον τῶν ἐθνῶν. [Rurſum audientes vocem Pauli, aliarum concurſum proprietatum intelligimus: Tarſenſem, Hebręum, Phariſæum lege, diſcipulum Gamalielis, Eccleſiarum Dei ex zelo perſecutorem, cum qui ex terribili apparitione inſtructus eſt, Apoſtolum

Eſ. 1.

Ioſue 4. duodecim lapides. Apocal. 21. duodecim fundamẽta.

„ Gentium. Nihil de primatu pari cum Petro. S.

S. Epiphan. in Ancorato. EPIPHANIVS. Ἔδει τὸν πρῶτον τῶν Ἀποστόλων τὴν Πέτραν τὴν στερεάν, ἐφ' ἣν ἡ Ἐκκλησία τοῦ Θεοῦ ᾠκοδόμηται, καὶ πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς. Πύλαι δὲ ᾅδου αἱ αἱρέσεις καὶ οἱ αἱρεσιάρχαι. καὶ πάντα γὰρ τρόπον ἐν αὐτῷ ἐστερεώθη ἡ πίστις. *Talem oportebat eſſe primum Apoſtolum, Petram illam ſolidam ſuper quam Eccleſia Dei ædificata eſt, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam: Portæ verò inferi, hæreſes & hæreſiarchæ. Omnibus enim modis in eo ſtabilita eſt fides, &c.*

Pacian. Barcin. Ep. epiſt. 3. ad Sympronianum. S. PACIANVS. *Ad Petrum locutus eſt Dominus, ad* VNVM *ideò, vt Vnitatem fundaret ex* VNO. S. *Ser. 49. de verb. do. Sec. 30.* AVGVSTINVS. *In Petro* VNO *Chriſtus firmat,* (vel in alio Codd.) *format Eccleſiam.* Videlicet tanquam in fundamento primario ex Apoſtolis aſſumpto, adeóque Vniuerſali, ſibi eatenùs immediato, ſui Vicario, proindeque ſibi coniunctiori quàm reliqui Apoſtoli forent. Vnde *S. Leo Ep. 89.* S. LEO *Chriſtus Petrum in indiuiduæ* VNITATIS *conſortium aſſumpſit.* Et iterum. *Firmitas quæ per Chriſtum Petro tribuitur, per Petrum cæteris Apoſtolis confertur.* Quod igitur primarium ex hominibus & Apoſtolis Petrus ſit Eccleſiæ fundamentum, hoc illi vnici & ſingularis Primatus argumentum eſt.

Concil. Calched. Act. 3. Si Concilij ſuffragijs opus eſt, Calchedonenſe Oecumenicum in ſententiâ depoſitionis Dioſcori audietur. Τρισμακαριώτατος καὶ πανεύφημος Πέτρος Ἀπόστολος Πέτρα καὶ κρηπὶς τῆς Ἀποστολικῆς Ἐκκλησίας

Ἐκκλησίας, καὶ ὀρθοδόξης πίστεως ὁ θεμέλιος. PETRVS TER BEATVS, ET OMNIVM VENERATIONE CELEBRIS, PETRA ET BASIS APOSTOLICÆ ECCLESIÆ, ET FIDEI ORTHODOXÆ FVNDAMENTVM. Hæc Petri non Pauli prærogatiua ſingularis.

IV.

AD CLAVES Poteſtatis indices quod ſpectat: idem eſto iudicium. Præter claues Apoſtolis omnibus communes: peculiares quoque Petro promiſſæ, datæ. *Et tibi dabo claues Regni cœlorum*: in eo à cæterorum Apoſtolorum clauibus diſtinctas, quòd ſupremæ, principes, propriæ futuræ eſſent: quod cũ ipſis poſt Chriſtum Petrô claudente, nemo aperire; Petrô aperiente, nemo Apoſtolorum claudere potis eſſet: ob primam ac ſupremam in cœli portas clauesque, Petri poteſtatem, vni Petro à Chriſtò promiſſam, vt poſteà conceſſam. TERTVLLIANVS ſingulari loco, Scorpiace. *Si cælum adhuc clauſum putas, memento claues eius hîc Dominum Petro, & per eum Eccleſiæ reliquiſſe.* Iſtud, PER EVM vni Petro peculiare eſt. Enimuerò ſupremum ius clauium vni Petro datum: à Petro in cæteros transfuſum ac diductum exprimit. Vnde OPTATVS Mileuitanus Epiſcopus *Claues SOLVS Petrus accepit.* EPIPHANIVS. Πάντα τρόπον ἐν αὐτῷ ἐστερεώθη ἡ πίστις· ἐν τῷ λαβόντι τὴν κλεῖν τῆς οὐρανοῦ. ἐν τῷ λύοντι ἐπὶ τῆς γῆς καὶ δέοντι ἐν τῷ οὐρανῷ,

Matth. 16.

Eſ. 37.

Tertull. in Scorp.

Optat. lib. 1. in Parmen.

S. Epiph. in Ancor. p. 14

id eſt, omnibus modis in eo fides ſtabilita eſt, qui clauem cœlorum accepit: qui ſoluit ea quæ in terrâ, & ligat ea quæ in cœlo ſunt.] S. HILARIVS priùs ita ſcripſerat: *Petrus cuius arbitrio claues æterni aditûs traduntur vel adyti.* S. LEO. *Petrus ligandorum ſoluendorumque Arbiter.* Plures inferiùs.

S. Hilar. in c.16. Matth. S. Leo. hom. 2. de Cathedr. anniu.

Neque refert, aut Eraniſtæ ſuffragari poteſt quod hæreticis ſolenne eſt reſpondere; Petrum ex S. Auguſtino, geſſiſſe figuram Eccleſiæ, & cæteros Apoſtolos repræſentaſſe: Immò verò id nobis impenſiùs fauet; ideò enim Vnus, cæteris licet præſentibus, eoſdem repræſentauit, Eccleſiæque figuram geſſit, quia ſolus deſignabatur ad primatũ. Habet idem S. Auguſtinus repetitis locis, vt ſtatim oſtendemus: atque ideo vt Apoſtolorum Princeps, proprias, ſingulares aliorumque clauibus dominantes in domo Dei claues accepit: abſolutè κλειδοῦχος vt vocat S. Cyrillus Hieroſolymitanus.

S. Auguſt. tract. vlt. in Ioan. & alibi infra. Cyrill. Cat. 17. Baſil. de iudicio Damaſc. de Trãsfigurat.

CAPVT II.

PRIMATVS PETRI SINGVLARIS ex Chriſti inſtitutione aſſeritur.

INſtitutio ſummi Pontificatûs, & Primatûs Petri, mandata ſacris literis, habetur Euangelio Ioannis. In eo Chriſtus Petrum pri-

mò quidem Apoſtolum facit vnà cum cæteris: per illa verba: *Sicut me miſit Pater, & ego mitto vos. Hæc cum dixiſſet, inſufflauit, & dicit eis: Accipite Spiritum ſanctum: Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta ſunt.* *Ioan. c. 20.*

Præter hanc verò inſtitutionem Petri in Apoſtolum, communem eam paremque cum cæteris: altera ſucceſſit eiuſdem inſtitutio in primum Epiſcopum, primum Apoſtolum, adeóque in Vniuerſæ fidelium Eccleſiæ Principem, Caput, ſupremumque Paſtorem: quæ quidem dignitas, cæteris Apoſtolis non ab Epiſcopatu vel Apoſtolatu, ſed à PRIMATU excluſis, Petri ſolius eſt, eiuſque propria & SINGVLARIS. Hæc autem dignitas Petro per Chriſtum collata eſt, quum ipſi, ter nominatim compellato, ſoli dixit Chriſtus. *Paſce agnos meos*: iterum: *Paſce agnos meos*: tertiò demum: *Paſce oues meas.* Nihil vnquam tale omnibus vel ſingulis, vel omnium ac ſingulorum cuiquam ex Apoſtolis, Chriſtus dixit: quò ipſis vel ipſorum cui alteri, paſcendi ouium ſuarum gregis, in quo & Apoſtoli ipſi comprehenduntur, curam vniuerſam præterquàm Petro demandaret: præterquam, hoc ſemel, inquam, & ter ſimul, & vni ſolique Petro. Quod proinde PERSONALITER Petro dictum bene quidem ſcripſit Tertullianus, cæteros Apoſtolos remouendo: ſed malè, Petri

Ioan. cap. 21. ἀρνία· προβάτια· πρόβατα. Ambr. in c. vlt. Luc.

Tertull. lib. de pudicit.

Idem lib. de preſcr. imò & lib. de Monogam.

ſucceſſores: quos tamen anteà eiuſdem prærogatiuæ heredes Catholicus agnouerat.

II.

Hanc doctrinam ſanam ac verbum ἀνεπίληπτον *irreprehenſibile*: nempe quod Petrus primò quidem communem ac æqualem cum cæteris Apoſtolis, dignitatem ac poteſtatem Apoſtolatûs à Christo ſuſceperit: deinde vero alteram primi & vniuerſalis totius gregis Eccleſiæ Paſtoris & Capitis dignitatem & poteſtatem ſibi propriam ac ſingularem fuerit à Christo immediatè adeptus: pleniſſimè S. Cyprianus oſtendit, librô de vnitate Eccleſiæ. Dominus Petro iterum poſt reſurrectionem ſuam dicit: Paſce oues meas. Super illum VNVM ædificat Eccleſiam ſuam, & illi paſcendas mandat oues ſuas. Et quamuis Apoſtolis omnibus poſt reſurrectionem ſuam, PAREM poteſtatem tribuat & dicat: ſicut miſit me Pater, & ego mitto vos: Accipite Spiritum ſanctum: ſi cui remiſeritis peccata, remittentur illi: ſi cui tenueritis, tenebuntur. Tamen vt vnitatem manifeſtaret: VNAM Cathedram conſtituit, & vnitatis eiuſdem originem ab VNO incipientem ſuâ auctoritate diſpoſuit. Hoc erant vtique & cæteri Apoſtoli quod & Petrus: pari conſortiô præditi & honoris & poteſtatis: ſed exordium ab VNITATE proficiſcitur. PRIMATVS Petro datur vt vna Christi Eccleſia & CATHEDRA VNA monſtretur.

S. Cypr. de Vnit. Eccleſ. poſt init.

Tanti eſt igitur, vt ex hoc loco perſpicuè elucet, vni Petro primatum, & propriam ſingularemque Capitis ſupremique Paſtoris dignitatem eſſe conceſſam; vt ab ea naſcatur exordiumve ſumat, Eccleſiæ vnitas. Vnde igitur ad eam participandam, ſiue in ſolidum, ſiue partitò, ſiue ſimul, ſiue alternis ſibi vindicandam, alteri Apoſtolo cuiquam aditus? vnde Paulo ius quæſitum erit eiuſdem ex æquo cum Petro poteſtatis? cum Petro, inquam, qui ſingulariter ὁ τὴν ποίμνην πεπιστευμένος *is cui ouile creditum eſt*: dicitur S. Epiphanio, tanquam notâ Characteriſticâ quâdam, hôc genere diſcriminis inſignitus: etiam quùm de Pauli cum eo ſocietate loquitur: addit enim ὁ δεξιὰν δεδωκὼς τῷ Παύλῳ. *Qui Paulo dextram dedit*, non dignitatis locum, ſed charitatis argumentum & pignus, vt ipſe teſtatur S. Paulus ad Galatas ſcribens. *S. Epiphan. in Ancor. p. 15.* *Gal. 2.*

S. CHRYSOSTOMVS eadem Chriſti verba expendens ideò S. Petrum ἔκκριτον vocat βόσκε τὰ πρόβατά μου. καὶ τί δήποτε ἄλλους παραδραμὼν, τούτῳ περὶ τούτων διαλέγεται; ἔκκριτος ἦν τῶν Ἀποστόλων, καὶ στόμα τῶν μαθητῶν, καὶ κορυφὴ τοῦ χοροῦ. *Paſce oues meas. Cur tandem alijs prætermiſſis, de his ſolùm Petrum affatur? Singularis ſiue eximius ex Apoſtolis, & os diſcipulorum & cœtûs vertex erat.* Idque comparatione S. Pauli, de quo continenter addit: διὰ τοῦτο καὶ Παῦλος ἀνέβη ποτὲ αὐτὸν ἱστορῆσαι παρὰ τοὺς ἄλλους. Idcircò & Paulus aſcendit vt eum ſtudio- “ *S. Chryſo. in Ioan. ho. 87. v. l Gr. 88.*

S. Leo ſer. 3. anniuerſ. ſè videret, præter cæteros. S. LEO cumulatiſſimè. De toto mundo VNVS Petrus eligitur qui
" & vniuerſarum Gentium vocationi, & omni-
" bus Apoſtolis, cunctiſque Eccleſiæ Patribus
" præponatur: vt quamuis in populo Dei multi
" Sacerdotes ſint, multique Paſtores, OMNES
" tamen regat Petrus, quos principaliter regit &
" Chriſtus. Et iterum ibidem. Ideo Petro SIN-
" GVLARITER hoc creditur, quo cunctis Eccle-
" ſiæ Rectoribus Petri forma præponitur. Theo-
" phylactus ad cap. 21. Ioan. τῷ Πέτρῳ τὴν προστα-
" σίαν τῶν τῆς οἰκουμένης προβάτων ἐγχειρίζει. οὐκ ἄλλῳ δέ,
" ἀλλὰ τούτῳ ταύτην δίδωσι. Totius orbis ouium præ-
" fecturam Petro committit, non ALTERI, ſed
" huic eam tradit.]

III.

Neque verò patrocinari poteſt Eraniſtæ noſtro, ſenſus ille S. Auguſtini, quo hæreticis abuti mos eſt; vt Petro creditæ ſint oues Chriſti, quatenus Petrus Eccleſiæ typum præ ſe ferebat. Hinc enim hæretici & omnes Apoſtolos inter ſe pares malè concludunt: Eraniſta verò ſolos Petrum & Paulum pares fuiſſe contendit. Præterea verò hæc ratio vtroſque iugulat. Nulla ſiquidem adinueniri cauſſa poteſt, cur Petrus hoc loco totam Eccleſiæ coronam repræſentet, ipſoſque licet præſentes Apoſtolos, vnus in ſe exhibeat: quàm quia ſolus ipſorum omnium Princeps, Coryphæus, Caput, ſupremuſ-

que Paſtor, hoc etiam Chriſti dicto factoque conſtituebatur: quod diſertè profitetur S. AVGVSTINVS commentario poſtremo in Ioannem, & aliis identidem locis, *Petrus figuram Eccleſiæ geßit propter Apoſtolatûs* PRIMATVM. Quod Petri ſolius proprium, ſingulare eſt; vt eidem quatenus primus eſt Paſtor, conuenit ius alios Apoſtolos paſcendi, adeóque Paulo ipſi præeundi, eumque regendi cum cæteris quorum eſt Caput. In ſumma igitur, deteriorem Eraniſtæ cauſſam, accerſita hæreticorum præſidia reddunt: ſicut hæreticorum cauſſam, Auguſtini emendicata ſententia condemnat: quæ Petro vni Ius Eccleſiam vniuerſale repræſentandi, vni etiam Petro, poteſtatem paſcendi vniuerſalem attribuit. S. AVGVSTINVS. VNVS *eſt Petrus qui figuram Eccleſiæ gerat.* Rurſus VNI *Petro in typo vnitatis Dominus dedit poteſtatem.* Idem alibi Paulum cum Petro laudans. *In* VNO *Petro figurabatur vnitas omnium Paſtorum.*

S. Aug. tra. 123. in Ioan. & in Pſ. 108

S. Auguſt. lib. 3. de bapt. c. 17.

Idem ſerm. 24. de ſſ.

CAPVT III.

CATHEDRA SINGVLARIS PETRI, ſeu Primatus, ratione ſingulari aſſeritur.

LVCVLENTA ſunt Ioſephi Matathiæ f. verba contra Apionem Grammaticum, Iudaici populi ſtatum, Theocratiam appel-

Ioſeph. lib. 2. cotra Apion.

lantis. Οἱ μὲν μοναρχίαις, οἱ δὲ ταῖς ὀλίγων δυναστείαις, ἄλλοι δὲ τοῖς πλήθεσιν ἐπέτρεψαν τὴν ἐξουσίαν τῶν πολιτευμάτων. ὁ δὲ ἡμέτερος νομοθέτης εἰς μὲν τούτων οὐδοτιοῦν ἀπεῖδεν. ὡς δ' ἄν τις εἴποι βιασάμενος τὸν λόγον, θεοκρατίαν ἀπεῖπεν τὸ πολίτευμα, τῷ θεῷ μᾶλλον μόνῳ τὴν ἀρχὴν καὶ τὸ κράτος ἀναθεὶς, καὶ πείσας εἰς ἐκεῖνον ἅπαντας ἀφορᾶν, ὡς αἴτιον μὲν ἁπάντων ὄντα τῶν ἀγαθῶν, κοινῇ δὲ πᾶσιν ἀνθρώποις παρέχοντα καὶ ἰδίᾳ. Id eſt, illi quidem Monarchiis, alij Oligarchiis, alij verò Democratijs rerum publicarum gubernationem permiſerunt. Legiſlator verò noſter nihil horum reſpexit: at veluti ſi quis vim verbò faciat, gubernationem Theocratiam appellauit; ad Deum præcipuè ſolum, dominationem & imperium referens, ſuadenſque in eum cunctos aſpicere tanquam in principium bonorum omnium, vniuerſim omnibus hominibus ac priuatim ea ſuppeditans.]

Tale profectò eſt, multôque potiori iure credi debet Eccleſiæ imperium, in quo præfectus ac inſtitutus à Deo Pontifex veram nomine ac vice illius per vniuerſi plagas orbis, Theocratiam ſolus adminiſtrat.

Vnus igitur primus, non duo primi Pontifices ab Exordio Eccleſiæ à Chriſto deſignati vel creati. Vnus Chriſti Vicarius vniuerſalis non duo. Vnus paſtor ſupremus non duo ſupremi paſtores. Vnum denique caput non duo capita. Vna capitis perſona, non duæ. Ratio

optima,

optima, ſimpliciſſima quippe: ideo vnus primus, quia primus: ideo vnus ſummus, quia ſummus. In numero, ſi alterum primo addas, primus iam non erit, ſed ſecundus. In gradu ſi ſummo, addas alterum: ſummus non erit. Ita ſi caput capiti, monſtrum futurum eſt.

Eruditè Philoſophi: Datur vnum primum in vnoquoque genere, quod eſt menſura & cauſſa cæterorum: Illud verò primum nonniſi vnum eſſe poteſt. Multa enim in ordinem reduci per vnum, à quo pendeant, neceſſe eſt. Omnis autem Ordo ab vno tantùm eſt. Legatur S. Auguſtinus lib. ſec. de moribus Manichæorum.

Ex Ariſt. 2. Met. S. Tho. 1. p. q. 2. a. 3. & q. 11. a. 3.

S. Aug. l. 2. de mor. Man. c. 6. & lib. de Ordine.

II.

Huic rationi lucem ac vires addet diſſertatio Tertulliani contra Marcionem, duo ſumma Principia rerum inducentem. Quæ eſt, inquit, conditio ipſius ſummi magni? nempe vt nihil illi adæquetur, id eſt vt non ſit aliud ſummum magnum: quia ſi fuerit, adæquabitur: & ſi adæquabitur, non erit iam ſummum magnum: euerſâ conditione, &, vt ita dicam, lege, quæ ſummo magno nihil ſinit adæquari. Ergo VNICVM ſit neceſſe eſt, quod fuerit ſummum magnum, par non habendo, ne non ſit ſummum magnum. Ac ne quis id dictum putet aut verum tantùm eſſe ſibi fingat, in ſupremo tantum rerum gradu, quo Deum conſiſtere ac

Tertull. li. 1. in Marc. poſt init.

præeſſe opus eſt: id etiam in ſingulis generibus ac ordinibus ſtare oſtendit grauis idem Auctor: vnde adijcit. *Nec inter Reges pluriſarium videri poteſt ſummum magnum, ſed* VNICVM *atque* SINGVLARE.

III.

Addimus nos, nec inter Pontifices, ſummum magnum eſſe poteſt, niſi vnicum atque ſingulare, nec ſummus igitur Pontifex niſi vnicus atque ſingularis. Vnicus atque ſingularis, alterum excludit: Petrus igitur Paulum. Iure ſiquidem vſurpare liceat quod idem Magi-
„ ſter, vt S. Cyprianus vocabat, Duos intuens
„ tam pares, quam duo ſumma magna, quid fa-
„ cerem ſi ambos colerem? vererer ne abundan-
„ tia officij, ſuperſtitio potiùs quàm Religio exi-
„ ſtimaretur: quia duos tam pares, & in altero
„ ambos poſſem in vno demereri: hoc ipſum te-
„ ſtimonio præſtans parilitati & vnitati eorum,
„ dum alterum in altero venerarer, dum in vno
„ mihi duo ſunt. Si alterum colerem æquè reco-
„ gitarem ne ſuffundere viderer numeri vanita-
„ tem, ſine differentiâ ſuperuacui: hoc eſt tutius
„ cenſerem neutrum colendum, quàm alterum
„ cum ſcrupulo colendum, aut ambos vanè.

Cùm ex hac vnicâ ratione, *duo ſumma, nec duo ſummi eſſe poſſunt*: tum ex hoc ſolertiſſimi Scriptoris loco, ſexcentæ machinæ argumentorum confici torquerique poſſunt, quæ duplex illud & vnum, hoc eſt prodigioſum Eraniſtæ Caput elidant.

CATHEDRA SIVE PRIMATVS Petri ſingularis ex omnium Eccleſiæ ætatum ſiue ſæculorum doctrina confirmatur.

CAPVT IV.

AVctoritati diuinæ rationem ſubiecimus; Rationi, Eccleſiaſtica nunc ſuccedet auctoritas. Ætatum ſiue ſæculorum Eccleſiæ, firma quidem omnium & indiſſoluta conſenſio. *Quanta audiuimus & cognouimus ea: & Patres veſtri annuntiauerunt nobis? Non ſunt occultata à filijs eorum in generatione alterâ.* *Pſal.* 77. Iamque inde, quàm vanus ſit Eraniſta facilè ipſe percipiet, qui per iteratam illam de Pauli συνκαθεδρίᾳ & cum Petro coæquatione ſententiam, Ss. Patrum doctrinæ traditionique perpetuæ cõſentaneam tam ineptè ſibi finxit, quàm ſubdolè rudioribus propinauit. Antequam ipſi ſua tela manibus excutiamus, quod ſequenti libro meditamur, noſtra primùm experiri debet. Noſtra, inquam, licet ex iis nonnulla iam intorſerint, qui de ſupremi Pontificis Monarchiâ aduerſùm Sectarios ſcripſerunt: Primus in Ludderum Ekius varios Patrum locos collegit: ſecuti Lindanus, Cochlæus, Pighius, Coccius, noſtrâ ætate Card. Baronius, Bellarminus: Galli verò, Feuardentius, Duuallius, Mauclercius Sorbonici

At editos poſt ſe multos Patres propriâ præſertim linguâ non legerant.

Doctores: Optimè pro ſua quique prouinciâ: Quo vero delectu, quâ ſedulitate, quâ fide, poſt ipſos in hac materiâ verſati fuerimus quoque aliis intacta attigerimus, lectoris eruditi diligentia, æquitas probabit.

Adde quod ſuperiùs laudati tractatores aliud ſpectarunt, nempe vt Monarchiam Pontificiam Ariſtocratiâ ſaltem temperatam, vt ait Bellarminus, ex antiquâ Patrum doctrinâ elicerent ac illuſtrarent: Nobis, quod rem præſentem attinet, alius eſt ſcopus: non tam ſtatus Eccleſiaſtici τὸ μοναρχικὸν! quam Monarchiæ eiuſdem τὸ μοναδικὸν, id eſt ſingularitatem vni Petro affixam, Paulo cæteriſque Apoſtolis minimè communicatam indagaturis. Hoc non gloriolæ quam non aucupamur, aut iactantiæ cauſſâ; ſed quò faſtidioſam Ianſeniſtarum maledicentiam occupemus; qui ſibi meritò infeſtis ſcriptoribus, perpetuò ſpoliationem aliorum obijciunt, quam ipſi non in Orthodoxorum tantum libris, ſed in hæreticorum monumentis propudioſè exercere ſolent. Vt infrà deprendemus plagiarium hunc Eraniſtam ex Luddero, Caluino, ſed copioſiſſimè ex Marci Antonij de Dominis notiſſimi transfugæ lucubrationibus, auctoritates Patrum, quibus abutitur, & rationum & locorum opimas quaſcumque putauit prędas, deprędatum eſſe. Sed hęc obiter: aliam nobis eſſe pugnam quàm verborum, hoc ſpecimen docebit.

II.

Sęculi primi doctrinę, de ſingulari Petri primatu, ſufficere debent ea, quę ex Euangelio Ss. Patrum interpretationibus expoſito ſuperiùs attulimus. Sequentium ſcriptorum eſt genus quoddam dubium vel adulterinum, ex quo nullum aduocamus. Neque ex actis Lini, neque ex Clementis recognitionibus aut epiſtolis eiuſdem, in quibus habetur. *Inter Apoſtolos ipſos par inſtitutio non fuit, ſed* VNVS *omnibus præfuit*: neque ex Anacleti, Sixti, Pij, Eleutheri aliorumque incertę fidei ſcriptis teſtimonia, quibus alij nixi ſunt, in medium producimus.

Auſpicamur à TERTVLLIANO Presbytero adhuc Orthodoxo: qui pręter ea quę antea poſuimus, Petrum à Ioanne & reliquis Apoſtolis hoc characteriſmo diſtinguit, quod ſolus ſit *dictus Petra Eccleſiæ ædificandæ*: *claues regni cœlorum conſecutus, & ſoluendi & alligandi in cœlis & in terris poteſtatem*. Quemadmodum & propriis velut notis à Petro, Ioannem ſecernit, *pectori Chriſti incubantem, cui ſoli Dominus Iudam traditorem præmonſtrauit, quem loco ſuo filium Mariæ demandauit*. Ergo ſingulari quadam ratione Petrum fuiſſe Eccleſiæ fundamentum, claues accepiſſe proprias, ſupremam ligandi ſoluendique facultatem: quam nec Paulo, de qua ibidem loquitur, communicatam velit, agnoſcit Tertullianus.

Tertull. de præſcr. 1. 22.

ORIGENES Preſbyter Alex. magnificè admo-

Origen. lib. 5. in Ioan.

dum Petrum ita deſignat, Πέτρος ἐφ' ᾧ οἰκοδομεῖται ἡ τοῦ Χριστοῦ Ἐκκλησία. *Petrus ſuper quem Eccleſia* *Id in Lu. ho. 17. & lib. 5. ep. ad Ro.* *Chriſti ædificata eſt.* Idem ſoli Petro titulum Principis Apoſtolorum tribuit: & in Epiſtolam ad Romanos ex antiquâ Rufini interpretatione, *Petro*, inquit, *ſumma rerum de paſcendis ouibus à Chriſto tradita eſt.* Quæ omnia niſi de peculiari aliquâ ratione, quam alij Apoſtoli adeóque Paulus ipſe ſortiti non ſint, ſingulariter exponas, certe fruſtra dicta eſſent, aliiſque Apoſtolis, non vni Paulo, iniuriam non mediocrem irrogarent.

S. Cypr. ep. 55 S. CYPRIANVS, Epiſcopus Carthaginenſis: alternis enim latini cum Græcis audiendi, epiſtolâ ad Cornelium de Eccleſiâ Romanâ verba faciens: PETRI *Cathedra, Eccleſia principalis: vnde vnitas ſacerdotalis exorta eſt.* Cuius dicti rationem *Ep. 40.* priùs in epiſtolâ ad plebem contra Feliciſſimum ſchiſmaticum reddiderat, de Eccleſia Catholicâ loquens in hunc modum: *Deus vnus eſt, & Chriſtus vnus, & vna Eccleſia, & Cathedra vna ſuper* PETRVM *Domini voce fundata.* Rurſum verò Eccleſiam Romanam PETRI LOCVM vocat, & locum ſucceſſorum Petri. *Factus eſt*, inquit, *Cornelius Epiſcopus de Dei & Chriſti eius iudicio, de Clericorum penè omnium teſtimonio, de plebis, quæ tunc affuit, ſuffragio, & de Sacerdotum antiquorum & bonorum virorum collegio: qum nemo ante ſe factus eſſet, qum* FABIANI LOCVS, id eſt *qum*

LOCVS PETRI *& gradus Cathedræ Sacerdotalis vacaret.* Alia eiuſdem Epiſcopi teſtimonia frequentiſſima Lectoris diligentiæ relinquimus. *Idem ep. 69. 70. 71. 73. 75. & lib. 25. Vnit. Eccl.*

S. CYRILLVS Hieroſolymitanus, tot locis primatum Petri in Eccleſiâ Catholicâ planè ſingularem conteſtatur. Apud illum enim ſolus Petrus dicitur ὁ κορυφαιότατος καὶ πρωτοστάτης τῶν Ἀποστόλων· ὁ τῆς ἐκκλησίας κορυφαῖος κήρυξ· ὁ τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν κλειδοῦχος. *Supremum omnium caput, & præſes Apoſtolorum; Eccleſiæ ſummus præco; Regni cælorum clauiger.* Quæ quidem elogia nunquam ipſe, nunquam vllus Ss. Patrum quum de ſolo Paulo loqueretur, vſurpauit: vſurpare verò potuiſſet, ſi Paulus *totius Eccleſiæ caput fuiſſet, æquale Petro in omnibus*, vt mentitur Eraniſta. *S. Cyrill. hier. Catech. 2. 11. 17.*

III.

S. OPTATVS Mileuitanus Epiſcopus, nihil crebrius quam PETRI CATHEDRAM loquitur: non longe verò ab initio libri alterius contra Parmenianum, totam Eraniſtæ dyada penitùs euertit, iis verbis quæ ad quemuis ſectarium aptiſſimè inflectas. Igitur neque non potes ſcire te in vrbe Roma, PETRO primò Cathedram Epiſcopalem eſſe collatam, in quâ ſederit OMNIVM Apoſtolorum CAPVT Petrus: vnde & Cephas appellatus eſt: in quâ vnâ Cathedrâ vnitas ab omnibus ſeruaretur: ne cæteri Apoſtoli ſingulas ſibi quique defenderent: vt iam Schiſmaticus & peccator eſſet, qui contra SINGV- *Optat. lib. 1. in Par. & 2.* *Idem lib. 2.*

„ LAREM Cathedram, alterum collocaret. Ergo „ Cathedra VNICA eſt, quæ eſt prima de dotibus, SEDIT PRIOR PETRVS: Cui ſucceſſit Linus, Lino ſucceſſit Clemens, Clementi Anaclitus, Anaclito Euariſtus, Euariſto Sixtus, Sixto Teleſphorus, Teleſphoro Iginus, Igino Anicetus, Aniceto Pius, Pio Soter, Soteri Eleutherius, Eleutherio Victor, Victori Zepherinus, &c. Vſque ad Siricium poſt quem commemoratum, *Denique*, inquit, *ſi Macrobio dicatur vbi illic ſedeat, nunquid poteſt dicere, in Cathedrâ Petri? quam neſcio ſi vel oculis nouit, &c.*

Vbinam Paulus?

PAVLI nulla mentio, vbi agitur de Cathedra, *Petri Cathedra* vocatur: *Cathedra Epiſcopalis* dicitur *in quâ ſedit omnium Apoſtolorum Caput Petrus*, non Paulus: dicitur Cathedra *Singularis & Vnica*: & probatur quia in eâ ſedit prior Petrus, non Paulus: dicitur in eâ Petro non Paulo, *Linum ſucceſſiſſe.* Neque verò ingeri poteſt Optatum præteriiſſe Paulum, ex incogitantiâ ſeu obliuione: illius enim ibidem meminit, vbi agitur de eius ſepulchro & ſacello, non verò vbi de Cathedrâ quæ Petri ſolius eſt: addit quippe poſt recenſitam illam Petri ſucceſſorum ſeriem: „ Denique ſi Macrobio dicatur vbi illic ſedeat, „ nunquid poteſt dicere, in Cathedrâ Petri? quam „ neſcio ſi vel oculis nouit, & ad cuius memoriam non accedit quaſi ſchiſmaticus, contra „ Apoſtolum faciens, qui ait memoriis ſanctorum

rum communicantes. Ecce præſentes ſunt ibi duorum memoriæ Apoſtolorum; dicite ſi ad has ingredi potuit: ita vt obtulerit illic, vbi ſanctorum memorias eſſe conſtat. Et poſtea Cathedram Petri per Petrum noſtram eſſe probauimus.]

S. Basilivs Cæſareæ Cappadociæ Epiſcopus, homilia de iudicio Dei ὁ μακάριος Πέτρος, ὁ πάντων τῶν μαθητῶν προκριθεὶς, μόνος δὲ πλεῖον τῶν ἄλλων μαρτυρηθεὶς καὶ μακαρισθεὶς, ὁ τὰς κλεῖς τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν πιστευθεὶς, *Beatus Petrus, ille omnibus diſcipulis prælatus, ſolus præ cæteris honorifico teſtimonio ac beatificatione inſignitus, ille qui Regni cælorum claues accepit*: de Paulo iam loquebatur ibidem; at nihil tale de eo, quod ad Cathedram ſeu primatum pertineat. Alterius illuſtris teſtimonij verba ex libris ad Eunomium lege ſupra cap. 1.

S. Baſil. proœm. Ethic. ad fin. tom. 2.

IV.

S. Gregorivs cognomento Theologus CP. Epiſcopus. Pavlvm hoc donat elogio Παῦλος ὁ μέγας κήρυξ τῆς ἀληθείας, ὁ τῶν ἐθνῶν ἐν πίστει διδάσκαλος, ὁ τὸν πολὺν κύκλον τοῦ εὐαγγελίου πληρώσας, ὁ μὴ ἄλλῳ τινὶ ζῶν ἢ Χριστῷ, ὁ μέχρι τρίτου οὐρανοῦ φθάσας, ὁ τοῦ Παραδείσου θεατὴς, ὁ ποθῶν διὰ τὴν τελειότητα, τὴν ἀνάλυσιν. *Paulus magnus veritatis præco, gentium in fide Magiſter, qui ampliſſimum orbem Euangelij impleuit, qui ſoli Chriſto vixit, qui ad tertium vſque cælum penetrauit, qui paradiſi ſpectator fuit, qui denique propter vitæ perfectionem, diſſolutionis cu-*

Greg. Naz. or. 26.

piditate flagrauit. Hæc de Paulo ſtupendus ille Doctor, de PETRO vero ſtatim: Ὁ μὲν Πέτρα καλεῖται, καὶ τοὺς θεμελίους τῆς ἐκκλησίας πιστεύεται, *hic quidem Petra vocatur, & fundamenta Eccleſiæ fidei ſuæ credita accipit &c.* quem etiam hoc charactere à Ioanne Apoſtolo diſtinguit, qui non minùs Paulo Romæ fuit ac docuit.

S. Hier. ep. 57.

Hier. lib. in Matth. & epi. 54. & lib. in Pelagian.

S. HIERONYMVS PRESBYTER S. Gregorij Nazianzeni, Conſtantinopoli diſcipulus. *Petri Cathedram* magnificè bis celebrat Epiſtolâ ad Damaſum notiſſimâ. *Beatitudini tuæ, id eſt Cathedræ Petri, communione conſocior.* Idem commentariis in Matthæum, vni Petro, Petram eſſe, fundamentum Eccleſiæ eſſe, ſuper eum Eccleſiam ædificari, pro ſingulari inter ac ſupra cæteros Apoſtolos prærogatiuâ multoties tribuit. Luculentiſſimè vero Iouiniano dicenti. *At ſuper Petrum fundatur Eccleſia* (coniugatum nempe) reſpondet. *Licet idipſum in alio loco ſuper omnes Apoſtolos fiat, & cuncti claues regni cælorum accipiant: & ex æquo ſuper eos Eccleſiæ fortitudo ſolidetur: tamen propterea inter duodecim* VNVS *eligitur: vt Capite conſtituto ſchiſmatis tollatur occaſio.* Atque vt viam ex hoc loco obſtruamus Eraniſtæ dicturo Paulum & in conſortium imperij poſteà adiectum. S. Hieronymus in continenti non de Pauli, ſed de Ioannis primatu, quæſtionem mouet, *Sed cur non Ioannes electus eſt virgo?* cum ab hac principatus dignitate, ob ætatem remo-

tum fuiſſe dicit, atque aliam, loco primatûs, prærogatiuam Euangeliſtæ & Prophetæ conceſſam docet in præmium Virginitatis. Multa dein de Paulo ſubiungit, ſed ne verbum quidem de primatu: Quin potius Paulum Petro dignitate minorem fuiſſe, non ſemel inculcat in Epiſtolis ad S. Auguſtinum, quâ de re inferiùs.

V.

S. IOANNES CHRYSOSTOMVS Conſtantinopolitanus Epiſcopus hoc in ſe potiſſimùm ſuſcepiſſe noſcitur, vt Petri Cathedram Primatumque ſingularem aſſereret. Nonnulla iam ex illo facundiæ Chriſtianæ fonte libauimus: ſed innumera ſuperſunt. Agnoſcit ac ſuſpicit illius poteſtatem iure diuino & à Chriſto immediatè profectam, τὸν πρῶτον γενέσθαι τῶν Ἀποστόλων, καὶ τὴν οἰκουμένην ἐγχειρισθῆναι ἅπασαν, *Primum Apoſtolorum factum eſſe eique totum orbem in manus traditum.* Continuò ibidem de Paulo ſermonem facit de quo nihil ſimile audet. Iterum Πέτρος Ἀπόστολος μέγας, Πέτρα ἀῤῥαγὴς, καὶ κρηπὶς ἀσάλευτος, πρῶτος τῶν μαθητῶν, Πέτρος ἐκεῖνος ἡ κορυφὴ τῶν Ἀποστόλων, ὁ πρῶτος ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ. *Petrus Magnus Apoſtolus: Petra inuiolabilis: baſis inconcuſſa:* Primus *diſcipulorum Petrus ille, vertex Apoſtolorũ. Primus in Eccleſiâ.* Vbi vero hoc vnquã de Paulo? vbi Paulum primũ, & verticem Apoſtolorũ & primum in Eccleſiâ nuncupauit? imò Paulum, ſtatim commemorans. Παῦλος ὁ πολλὰ κοπιάσας, καὶ μύρια πονήσας κατὰ τοῦ διαβόλου στήσας, ὁ ἐν

S. Chryſoſt. or. 6. in Iudaeos.

Chryſoſt. ho. 9. de Panit.

σώματι τὴν οἰκουμένην πεζεύσας, ὁ γῆν καὶ θάλατταν καὶ ἀέρα περιδραμὼν, ὁ καθάπερ ὑπόπτερός τις τὴν οἰκουμένην περιελθὼν, ὁ λιθασθεὶς, ὁ τυπτηθεὶς, ὁ φονευθεὶς, ὁ πάντα διὰ τὸ ὄνομα τοῦ θεοῦ παθὼν, ὁ οὐρανίᾳ φωνῇ κληθεὶς ἄνωθεν· ὅρα οὗτός τι λέγει. *Paulus ille multùm iactatus, innumeris trophæis contra diabolum erectis clarus, qui in corpore orbem peragrauit, qui terram, mare & aërem percurrit, qui velut alis ſubuectus vniuerſum luſtrauit, ille lapidatus, verberatus, interfectus, ille qui omnia propter nomen* Dei *paſſus eſt, qui cæleſti voce accerſitus è cœlo eſt: Vide quid ipſe dicat, &c.* Hæc profecto Chryſoſtomus licere ſibi putauit quæ de Paulo vſurparet, non verò quæ primatûs inſignia ſunt.

S. Chryſ. in Pſ. 50. & 129

Hom. 53. ſeu 1. de Pœnit.

Lib. 1. πρὸς τοὺς σκανδαλισθέντας.

Ex mente igitur S. Chryſoſtomi Petro ſoli hæc quadrant, vt ſit ὁ κορυφαῖος ἐκεῖνος *Caput illud Eccleſiæ:* ἡ κεφαλὴ τοῦ χοροῦ τῶν Ἀποστόλων, κρηπὶς τῆς πίστεως καὶ τῆς ἐκκλησίας. *Caput Chori Apoſtolorum fidei & Eccleſiæ baſis.* τὴν ἐπιστασίαν τῆς οἰκουμενικῆς ἐκκλησίας εἰς *cui Vniuerſalis Eccleſiæ gubernatio commiſſa eſt.* πρῶτος τῶν Ἀποστόλων. κρηπὶς τῆς ἐκκλησίας, ὁ κορυφαῖος τοῦ χοροῦ τῶν μαθητῶν. *Primus Apoſtolorum, baſis Eccleſiæ, Coryphæus Chori diſcipulorum.* De Paulo ſtatim loquitur, & nihil de Primatu qui reuera Pauli non eſt, ſed Petri.

Panegyricus SS. Apoſtolorum Petri & Pauli ad calcem tomi v. editionis Anglicanæ non eſt ſancti Chryſoſtomi, ſed vetuſti ſatis auctoris qui Chryſoſtomi ſtudioſus fuit: In eo multi

ſunt vtriuſque Apoſtoli inſignes paralleli, quibus Eraniſta non mediocriter abvti queat: nulla vero eſt comparatio eorum quoad æqualitatem poteſtatis ac ſupremæ dignitatis, quæ ſemper B. Petro ſoli tribuitur, vt initio, Πέτρος ὁ κορυφαῖος τῶν Ἀποστόλων. Παῦλος ὁ γνωριστὴς τῆς οἰκουμένης καὶ τῶν ἄνω δυνάμεων συμμέτοχος. *Petrus Apoſtolorum dux: Paulus orbis cognitor & ſupernarum virtutum inſpector.*

CATHEDRA SINGVLARIS PETRI, ſeu Primatus ſaeculi v. *&* vi. *teſtimonijs illuſtratur.*

CAPVT V.

QVI B. Paulum Sancti Chryſoſtomi velut æmulatione ſucceſſus, vehementiſſimè dilexerit, nemo certè S. Auguſtino in hoc amoris genere videtur anteponendus. *Auidiſſimè* inquit ille Doctor eximius, *arripui Domine ſtylum Spiritûs tui præ cæteris Apoſtolum tuum Paulum: humilitas & Charitas, ſolidamentum pietatis, mihi inuiſcerabantur miris modis, quùm minimum Apoſtolorum tuorum legerem.* Nunquam tamen B. Auguſtino venit in mentem vt prærogatiuam primatûs, Petri ſingularem ac propriam, Paulo, quem deperibat μανικὸς ἐραστής, vt phraſi Chryſoſtomi vtar, arrogaret.

S. Auguſt. in. lib. 7. Confeſſ. c. 11.

Chryſoſt. de S. Petro.

S. AVGVSTINVS Epiſcopus Hippo-Regienſis, antea laudatus toties, ſemel atque iterum nunc audiendus. Sanè Latinus Chryſoſtomus mihi videtur, quum ſolum Petrum [Præpoſitum Apoſtolorum : primum & præcipuum in ordine Apoſtolorum : Caput, Eccleſiæ Verticem, Crepidinem,] nunquam ita Paulum appellat. Idem expoſitione in Ioannem. [Petrus

Qu. nou. teſt. 75. Ser. 3. de verb. do. lib. 11. de temp.

» Apoſtolus propter Apoſtolatûs ſui PRIMATVM
» Eccleſiæ gerebat figuratâ generalitate perſo-
» nam. Quod enim ad ipſum propriè pertinet,
» naturâ vnus homo erat: gratiâ vnus Chriſtia-
» nus : abundantiore gratiâ vnus idemque pri-
» mus Apoſtolus.] Hæc ſingularis Petri, quoad primatum, ac propria prærogatiua eſt. Quod ſi ab eodem præſtantiſſimo Doctore, num Petro in Eccleſiæ Romanæ Cathedrâ Paulus conſederit, requirit Eraniſta : procul dubio ita reſponſurus eſt, quemadmodum Petiliano Dona-
„ tiſtæ [Cathedra tibi quid fecit Eccleſiæ Roma-
„ næ in quâ PETRVS ſedit, & in quâ hodie Ana-
„ ſtaſius ſedet ?] atque rurſùs in Epiſtolâ ad Generoſum. [Si ordo Epiſcoporum ſibi ſuccedentium conſiderandus eſt, quantò certiùs & verè

S. Auguſt. ep. 165.

» ſalubriter ab ipſo PETRO numeramus, cui to-
» tius Eccleſiæ figuram gerenti Dominus ait: Su-
» per hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, &
» portæ inferorum non vincent eam. PETRO
» enim ſucceſſit Linus : Lino Clemens: Clementi

Anaclitus, Anaclito Euariſtus, Euariſto Alexander, &c. ac tandem Siricio Anaſtaſius; In illum autem ordinem qui ducitur ab ipſo Petro, vſque ad Anaſtaſium, qui nunc eandem Cathedram ſedet, &c.] Ergo non ſolùm Eccleſiam Vniuerſalem Petro ſoli vt Capiti, ſed etiam Romanam Cathedram ſoli Petro vt Epiſcopo propriam vult Auguſtinus. Vbinam vero librorum, Pauli primi Epiſcopi Romani meminit? Eraniſta, ſomnias. II.

S. CYRILLVS Epiſcopus Alexandrinus in Euangelium Ioannis de Petro quidem αὐτὸς ὁ τῶν ἁγίων μαθητῶν προέκκριτος *Ipſe Sanctorum Diſcipulorum Prælatus.* De paulo vero ὁ τῶν μυστηρίων ταμίας, ὁ κήρυξ καὶ Ἀπόστολος, καὶ τῶν εὐαγγελικῶν θεσπισμάτων ἱερουργὸς ὁ σοφώτατος Παῦλος *Myſteriorum ille diſpenſator, præco ille & Apoſtolus & Euangelicarum ſanctionum ſacer adminiſter, ſapientiſsimus Paulus.* At iterum de petro, etiam dum Paulo cum comparat, ὁ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων ἔκκριτος. *Apoſtolorum ille præcipuus.*

S. Cyrill. l. 12 in Io.

Lib. in Neſtor.

Lib. 9. in Iulian. fin.

S. Leo Epiſcopus Romanus non tam in ſuâ quàm in Chriſti cauſſâ minimè ſuſpectus. Is, præter alia ſuperiùs conſcripta teſtimonia, Epiſt. ad Anaſtaſium Theſſalonicenſem Epiſcopum Vicarium ſuum, Sacerdotibus, inquit, " licet dignitas non ſit communis, eſt tamen ordo generalis: quoniam & inter beatiſſimos Apoſtolos in ſimilitudine honoris fuit quędam "

S. Leo ep. 84.

„ dam diſcretio poteſtatis, & cum omnium par
„ eſſet electio, VNI tamen datum eſt vt cæteris
„ præemineret. De quâ formâ, Epiſcoporum
„ quoque orta eſt diſtinctio, & magnâ diſpoſi-
„ tione prouiſum eſt, ne omnes omnia ſibi ven-
„ dicarent: ſed eſſent in ſingulis prouinciis ſingu-
„ li, quorum inter fratres haberetur prima ſen-
„ tentia: & rurſus quidam in maioribus vrbibus
„ conſtituti, ſollicitudinem ſuſciperent amplio-
„ rem: per quos ad VNAM PETRI SEDEM vni-
„ uerſalis Eccleſiæ cura conflueret, & nihil vſ-
„ quam à ſuo Capite diſſideret.] Pluribus aliis abundat.

Theodoritus dial. 1. cum Eraniſtâ. THEODORITVS Cyrenſis Epiſcopus egregium quidem Eraniſtæ noſtro locum parat. ſiquidem Eraniſtes ille ſeu Polymorphus quo cum Theodoritus agit, cum ab eo quæſiuiſſet teſtimonium τοῦ χοροῦ τῶν Ἀποστόλων cœtûs Apoſtolorum, reponit Theodoritus Ἀκουσον τοῦ πρώτου τῶν Ἀποστόλων βοῶντος, καὶ τὰ ἑξ. ἤρκει μὲν καὶ μόνος ὁ μέγας Πέτρος τῇ ἀληθείᾳ συμμαρτυρῶν. καὶ γὰρ ὁ δεσπότης παρὰ τούτου μόνου τὴν τῆς ἀληθείας ὁμολογίαν δεξάμενος ἐβεβαίωσε ταύτην τῷ ἀοιδίμῳ μακαρισμῷ. *Audi* PRIMVM *Apoſtolorum clamantem, &c. ſufficiebat quidē ſolus Magnus Apoſtolus Petrus veritati teſtimonium reddens. Etenim Dominus ab ipſo ſolo veritatis confeſſionem ſuſcipiens firmauit illam inſigni beatificatione,* &c. Idem ſcribens ad Leonem Romanum

Theodorit. Ep. 113. Pontificem. Et Παῦλος τῆς ἀληθείας ὁ κήρυξ, ἡ τοῦ ἁγίου πνεύματος

πνεύματος σάλπιγξ, πρὸς τὸν μέγαν ἔδραμε Πέτρον, ὥστε τοῖς ἐν Ἀντιοχείᾳ περὶ τῆς κατὰ νόμον πολιτείας ἀμφισβητοῦσι παρ᾽ αὐτοῦ κομίσαι τὴν λύσιν. πολλῷ μᾶλλον ἡμεῖς οἱ εὐτελεῖς καὶ σμικροί, πρὸς τὸν Ἀποστολικὸν ὑμῶν τρέχομεν θρόνον ὥστε παρ᾽ ὑμῶν λαβεῖν τοῖς τῶν Ἐκκλησιῶν ἕλκεσι. διὰ πάντα γὰρ ὑμῖν τὸ πρωτεύειν ἁρμόττει. Id eſt, ſi PAVLVS " Veritatis præco, ſancti Spiritus tuba, ad Ma- " gnum PETRVM accurrit, vt ijs qui Antiochiæ " de legali cõuerſatione dubitabant, ſolutionem " ab eo afferret: multo magis nos humiles ac exi- " gui ad Apoſtolicam ſedem veſtram accurrimus, " Eccleſiarum vlceribus à vobis accepturi. Enim- " uero in omnibus vos PRIMAS tenere cõuenit.] *S. Maxim.*

S. MAXIMVS Taurinenſis Epiſcopus. [Do- *ſerm. 5. de Pet. & Paul.* minus Petro ſicut bono diſpenſatori clauem re- " gni cœleſtis dedit. Paulo tanquam idoneo Do- " ctori Magiſterium Eccleſiaſticæ inſtitutionis " iniunxit. Clauem enim quodammodo à Chri- " ſto ſcientiæ & Paulus accepit. Ambo igitur cla- " ues à Domino perceperunt, ſcientiæ iſte, ille " POTENTIÆ. "

S. ISIDORVS Peluſiota Hieromonachus. Epiſt. *Iſid. Pel. l. 1.* ad Ironem. Χριστὸς τὸν Πέτρον τοῦ θιάσου τῶν μαθητῶν Κο- *ep. 142.* ρυφαῖον οὐ μόνον σωματικῶν ἀλλὰ καὶ ψυχικῶν ἀπέλυσεν ἁμαρτημάτων καὶ νοσημάτων. *Chriſtus Petrum diſcipulorum Sodalitij Principem non ſolum corporis, ſed etiam vitijs & morbis animi liberauit.* Iterum poſt Magiſtrum ſuum Chryſoſtomum, Πέτρος ὁ τοῦ χοροῦ τῶν *Idem lib. 2. ep. 99.* Ἀποστόλων Κορυφαῖος. *Petrus Chori Apoſtolici Coryphæus.*

Li. 4. ep. 166 iterum ad Architium ἄκουε τοῦ Κορυφαίου τῶν Ἀποστόλων. De Paulo verò non vſurpat vnquam ea quæ ad ſupremam Eccleſiæ poteſtatem ſpectant: ſed ſolùm quæ ad doctrinæ ſublimitatem & copiam, vt non raro eum vocat τὸν τοῦ Χρι-
Lib. 3. epiſt. στοῦ φρονημάτων καὶ τῶν θείων μυστηρίων ταμίαν diſpenſatoré ſenſuum Chriſti & diuinorum myſteriorum. De primatu vero Eccleſiæ totius, nihil planè.

Magnvs Felix Ennodivs Gallus, Epiſcopus Tirinenſis in Apologetico pro Synodo, Romanum Pontificem Symmachum Petro non Paulo vt ſupremo Pontifici ſucceſſiſſe memorat.
“ [Non nos Beatum Petrvm ſicut dici-
“ tis, à Domino cum Sedis priuilegijs, vel Svc-
“ cessores eius, peccandi iudicamus licentiam
“ ſuſcepiſſe. Ille perennem meritorum dotem
“ cum hæreditate innocentiæ miſit ad poſteros:
“ quod illi conceſſum eſt pro actuum luce, ad illos
“ pertinet, quos par conuerſationis ſplendor il-
“ luminat. Quis enim ſanctum eſſe dubitet, quem
“ apex tantæ dignitatis extollit: in quo ſi deſint
“ bona acquiſita per meritum, ſufficiunt quæ à
“ Loci decessore præſtantur. Aut enim claros
“ ad hæc faſtigia erigit, aut qui eriguntur, illu-
“ ſtrat. Prænoſce enim quid Eccleſiarum funda-
“ mento ſit ſtabile, ſuper quem ipſa moles inni-
“ titur.

S. Isidorvs Hippalenſis Epiſcopus. *In nouo Teſtamento poſt Chriſtum Sacerdotalis Ordo à Petro*

Apoſtolo cœpit. Ipſi enim Primvs *datus eſt Pontificatus in Eccleſiâ Chriſti. Sic enim loquitur ad eum Dominus. Tu es*, inquit, *Petrus & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non prævalebunt aduerſus eam, & tibi dabo claues regni cælorum. Hic ergo ligandi, ſoluendique poteſtatem primus accepit*, &c. *Iſid. diu. offic. li. 2. c. 5.* *Matth. 16.*

CATHEDRA SINGVLARIS S. PETRI ſiue primatus ſingularis oſtenditur ex teſtimoniis ſequentium trium ſæculorum, ſept. oct. & noni.

CAPVT VI.

Concilivm Sextvm Oecumenicum mittit exemplar ἰσότυπον ſuæ definitionis *Concil. VI. Act. 18. fin.* τῷ Ἀποστολικῷ θρόνῳ τοῦ ἁγίου καὶ Κορυφαίου τῶν Ἀποστόλων Πέτρου, ἤγουν Ἀγάθωνι τῷ ἁγιωτάτῳ Πάπᾳ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης. *Apoſtolicæ ſedi ſancti & Principis Apoſtolorum Petri, nempe Agathoni ſanctiſſimo Papæ ſenioris Romæ.* Petrum ſolum non verò Paulum Principem Apoſtolorum memorat Synodus: & Romam ſedem ſolius Petri: & Agathonem Petri vnius non Pauli ſucceſſorem. Conſtantinus Imp. Pogonatus in Epiſtola ad Leonem ſec. *Ibid. ad calcem Concil.* Pontificem Rom. ὥσπερ αὐτὸν τὸν ἐξάρχοντα τοῦ Ἀποστολικοῦ χοροῦ, τὸν πρωτοκάθεδρον Πέτρον τοῖς νοητοῖς κατανοήσαμεν ὄμμασι, τὸ τῆς οἰκονομίας ὅλης θεολογοῦντα μυ-

τίειον, καὶ διὰ τῶν γραμμάτων τῷ Χριστῷ προσφθεγγομένον· σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ υἱὸς Θεοῦ τοῦ ζῶντος. αὐτὸν γὰρ ὅλον Χριστὸν ἡμῖν τὸ ἱερὸν αὐτοῦ γράμμα τῷ λόγῳ διέγραφεν. ὅπερ ἅπαντες ἀσπασίως τε καὶ εἰλικρινῶς ἐδεξάμεθα, καὶ οἷον αὐ-
« τὸν Πέτρον ταῖς τῆς ψυχῆς ἀγκάλαις ὑπεδεξάμεθα. Id eſt:
« Agathonem Papam velut ipſum Principem
« Apoſtolici Chori, primæque Cathedræ Antiſti-
« tem PETRVM, mentis noſtræ oculis contuiti ſu-
« mus, totius Incarnationis myſterium diuinitùs
« eloquentem, verbaque hæc per eas litteras
Matt. 16. Chriſto facientem, Tu es Chriſtus filius Dei
« viui. Nam ipſum totum Chriſtum nobis ſacræ
« eius litteræ differendo exhibebant: quas omnes
« libentibus animis, ſinceréque accepimus, & ve-
« luti Petrum ipſum vlnis animi ſuſcepimus.]
Certe me fugit hîc nomen B. Pauli vbi de Primatu agitur qui S. Petri ſingularis eſt.

S. BONIFACIVS. Archiepiſcopus I. Moguntinus in indiculo Sacramenti, quod Romæ cùm Epiſcopus ordinaretur, edidit, & manu ſuâ
Concil. Gall. to. 1. ar. 721. ſcriptum obtulit. [In nomine Domini Dei
« Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Imperante Do-
« mino Leone à Deo coronato magno Impera-
« tore, anno VI. poſt Conſulatum eius anno VI.
« ſed & Conſtantino Magno Imperatore eius fi-
« lio anno IV. Indict. VI. promitto ego Bonifa-
« cius Dei gratiâ Epiſcopus tibi. B. PETRO APO-
« STOLORVM PRINCIPI Vicarioque tuo B. Gre-
« gorio Papæ & ſucceſſoribus eius per patrem &

filium & Spiritum Sanctum Trinitatem inſeparabilem, & hoc ſacratiſſimum corpus tuum, me omnem fidem & puritatem ſanctę fidei Catholicæ exhibere, & in vnitate eiuſdem fidei, Deo operante perſiſtere, in quâ omnis Chriſtianorum ſalus ſine dubio eſſe comprobatur. Nullo modo me contra vnitatem communis & vniuerſalis Eccleſiæ ſuadente quopiam conſentire: ſed vt dixi, fidem & puritatem meam atque cõcurſum, TIBI atque vtilitatibus Eccleſiæ TVÆ, cui à Domino Deo poteſtas ligandi, ſoluendique data eſt, & prædicto Vicario TVO atque ſucceſſoribus eius per omnia exhibere. Sed & ſi cognouero Antiſtites contra inſtituta antiqua ſanctorum Patrum conuerſari, cum eis nullam habere communionem aut coniunctionem: ſed magis ſi voluero prohibere, prohibebo: ſin minus, fideliter ſtatim domno meo Apoſtolico renuntiabo. Quod ſi, quòd abſit, contra huius promiſſionis meæ ſeriem, aliquid facere quolibet modo ſeu ingenio vel occaſione tentauero, reus inueniar in æterno iudicio, vltionem Ananiæ & Saphiræ incurram, qui VOBIS etiam de rebus propriis fraudem facere vel falſum dicere præſumpſerunt. Hunc autem indiculum Sacramenti ego Bonifacius exiguus Epiſcopus manu propriâ ſcripſi, atque ponens ſupra ſacratiſſimum corpus B. PETRI, ita vt præſcriptum eſt, Deo teſte & iudice præſtiti Sacramentum, quod

„ & ſeruare promitto.] Quæ cùm ita ſe habeant, nemo non perſpicit quot & quanta ex hoc Sacramenti indiculo, argumenta duci poſſint pro Primatu ſingulari S. Petri, qui ſolus *Apoſtolorum Princeps*, cuius ſolius Gregorius, *Vicarius cæterique ſucceſſores* vocantur : ad quem ſolum Eccleſia Romana pertinere dicitur, *Eccleſia tua* : ſupra cuius ſolius *corpus ſacratiſſimum*, licet etiam corpus B. Pauli adeſſet, ponitur indiculus Sacramenti quod *Petro* eidem nominatim *præſtari* ſolemni conteſtatione exprimitur.

S. German. tom. 2. Bibl. PP. Gr.

S. GERMANVS Conſtantinopolitanus Patriarcha in Theoria Myſtagogica οἱ δώδεκα λίθοι Ἀπόστολοι. ἡ Πέτρα, ὁ Ἀπόστολος Ἀρχιεράρχης τοῦ Χριστοῦ. *Duodecim lapides Apoſtoli: Petra, Apoſtolus, Chriſti Archierarcha ſeu Hierarcharum Princeps.* Hac ſingularis Primatûs nota & prærogatiuâ S. Petrum à cæteris Apoſtolis diſcernit.

Taraſii epiſt. poſt Conc. 7. gener.

TARASIVS Conſtantinopolitanus ad Pontificem Roman. Ναὶ μετὰ παῤῥησίας κατὰ τὸν θεῖον Ἀπόστολον εἴπομεν· καθαροί ἐσμεν ἀπὸ τοῦ αἵματος τῶν παραβαινόντων τὰς κανονικὰς διατάξεις, καὶ πάνυγε μᾶλλον τῶν ἐπὶ χρημάτων ἢ χειροτονησάντων ἢ χειροτονηθέντων. Πέτρου τοῦ θείου Ἀποστόλου, οὗ καὶ τὴν καθέδραν ἐκληρώσατο ἡ ἀδελφικὴ ὑμῶν ἁγιότης, ὡς Σίμωνα τὸν μάγον τούτοις καθελόντος. [Certè ſecundum diuinum Apoſtolum
„ affirmamus, nos mundos eſſe à ſanguine eorum
„ qui canonicas ſanctiones violant, multóque
„ magis eorum qui per pecunias manus impoſue-

runt, vel impoſitionem manûs ſuſceperunt: “
cùm PETRVS diuinus Apoſtolus, cuius cathe- “
dram fraterna ſanctitas tua ſortita eſt, hos, ve- “
lut Simonem Magum, deponat.] “

CONCILIVM VII. Generale: Canone IV. *Conci. 7. can. 4.*
Παραγγέλλει καὶ Πέτρος ἡ κορυφαία τῶν Ἀποστόλων ἀκρότης. ποιμάνατε τὸ ἐν ὑμῖν ποίμνιον τοῦ Θεοῦ μὴ ἀναγκαστῶς ἀλλ' ἑκουσίως κατὰ θεόν. Ita reddit interpres: *Præcipit & Petrus Principalis Apoſtolorum ſummitas, Paſcite qui in vobis eſt, gregem, non coactè, ſed ſpontaneè ſecundum Deum.* Verba illa deſumpta ſunt ex S. Dionyſio de diuin. nominibus. 3.

BEDA Preſbyter Venerabilis. PETRVS *ſpecialiter claues regni cœlorum & Principatum Iudiciariæ poteſtatis accepit.* *Beda homil. de SS. Petr. & Paul.*

Ludouicus Pius in decreto Confirmationis *An.* 817.
donationum auitarum, à Papâ Paſchali ſuſcepto
& probato. [EGO Ludouicus Imperator Augu- “
ſtus ſtatuo & concedo per hoc pactum confir- “
mationis noſtræ: Tibi Beato PETRO Principi “
Apoſtolorum, & pro te Vicario TVO Domino “
Paſchali & ſucceſſoribus eius in perpetuum, &c. “
Et poſtea, dictæ Eccleſiæ tuæ, beate Petre Apo- “
ſtole, & pro te Vicario tuo ſpirituali Patri noſtro “
& Vniuerſali Papæ, eiuſque ſucceſſoribus vſque “
ad finem ſæculi, &c.

S. IGNATIVS Conſtantinopolitanus Patriarcha, ὁ θεαρχικώτατος καὶ παναλκέστατος λόγος προεχειρίσατο τὴν σὴν ἀδελφικὴν καὶ πατρικὴν ὁσιότητα, δι' ὧν φησι *S. Ignat. ep. ad Nicol ſeu Hadrian. ſec.*

Πέτρῳ τῷ τιμιωτάτῳ καὶ κορυφαιοτάτῳ τῶν Ἀποστόλων, Σὺ εἶ Πέτρος καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ Πέτρᾳ καὶ τὰ ἑξ. τὰς δὲ τοιαύτας μακαρίας φωνὰς οὐ κατά τινα πάντως ἀποκλήρωσιν τῷ κορυφαίῳ μόνῳ περιέγραψεν, ἀλλὰ δι' αὐτοῦ καὶ πρὸς πάντας τοὺς κατ' ἐκεῖνον ἱεράρχας τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης παρέπεμψε. [Supremum & potentiſſimum Dei verbum, fraternam paternamque ſanctitatem tuam conſtituit, iis verbis quibus honoratiſſimo & Apoſtolorum ſupremo Petro dixit: Tu es Petrus & ſuper hanc petram, &c. Huiuſmodi enim beatas voces non ſoli Apoſtolorum principi priuatâ quadam ſorte tranſcripſit, ſed PER IPSVM ad omnes Romanæ Sedis Pontifices eius ſucceſſores tranſmiſit.]

Concilium VIII. Occumenicum. Εἴ τις τοσαύ-
Concil. 8. gener. can. τῃ τόλμῃ χρήσαιτο, ὥστε κατὰ τὸν Φώτιον καὶ Διόσκορον, ἐγγράφως ἢ ἀγράφως παροινίας τινὰς κατὰ τῆς Καθέδρας Πέτρου τοῦ Κορυφαίου τῶν Ἀποστόλων κινεῖν, τὴν αὐτὴν ἐκείνοις δεχέσθω κατάκρισιν. [Si quis tantâ efferatur audaciâ, quemadmodum Photius & Dioſcorus ſiue ſcripto, ſiue ſine ſcripto inſanias quaſdam contra Cathedram Coryphæi Apoſtolorum PETRI iactare audeat: eamdem cum illis ſententiam damnationis ſubeat.]

In his omnibus teſtimoniis lego, video, Primatum Petri ſingularem; Cathedram & Primatum Pauli non video, non lego.

CATHEDRA

CATHEDRA ET PRIMATVS Petri ſingularis ex ſaculorum x. xi. & xii. teſtimonijs comprobatur.

CAPVT VII.

DEuexa hæc Eccleſiæ ſæcula paucis ſcriptoribus illuſtrata, veritas hæc tamen non latuit, de ſingulari Petri Cathedrâ ſeu primatu tam in Eccleſiâ Romanâ quam porro in Vniuerſali.

Theophanes Κεραμεὺς Archiepiſcopus Tauromenitanus præclara hæc in B. Petrum etiam Paulo comparatum elogia concinnat. Πέτρος ἀκρότης τῶν μαθητῶν, κοινὴ τῶν συμφοιτητῶν γλῶσσα, Πέτρος ὢν, Πέτρα γίνεται τῆς κατὰ λόγον πίστεως, καὶ τῆς ἑδραζομένης Ἐκκλησίας θεμέλιος, καὶ πρώτη τῆς πνευματικῆς οἰκοδομῆς ἀφορμή. δώσω σοι τὰς κλεῖς τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν· οὐκ εἶπε Χριστὸς δίδωμί σοι νῦν, ἀλλὰ δώσω σοι, τὸ μετὰ τὴν ἀνάστασιν προλέγων καιρὸν, καθ' ὃν αὐτῷ καὶ τὴν χάριν τοῦ ἁγίου πνεύματος δέδωκε, καὶ τὴν ἐξουσίαν τοῦ δεσμεῖν καὶ λύειν, καὶ τῶν λογικῶν προβάτων ἀγελάρχην ἐχειροτόνησεν. ἀλλὰ τίνες αἱ κλεῖδες; θυρῶν δὲ ποίων ὁ κλειδοῦχος ὁ Πέτρος καθίσταται; θύρα μὲν αὐτός ἐστιν ὁ Χριστὸς ὁ εἰπὼν, ἐγώ εἰμι ἡ θύρα. κλεῖς δὲ ταύτης τῆς θύρας ἡ πίστις, ἣν ἐγχειρίζει τῷ κορυφαίῳ ὁ κύριος· δίδωσιν οὖν Πέτρῳ καὶ τοῖς κατ' ἐκεῖνον τὰς κλεῖς. [Vertex diſcipulorum PETRVS communis condiſcipulorum lingua: *Theophan. hom. 55.*

Petrus quùm ſit, Petra ſit fidei verbi ipſius: & conſtituendæ Eccleſiæ fundamentum ac ſpiritúalis ædificij prima materia. Et dabo tibi claues Regni cœlorum. Chriſtus non dixit do, ſed dabo: tempus ſcilicet à reſurrectione prædicens, quando & ſancti Spiritûs gratiam ei impertitus eſt, & poteſtatem ligandi ſoluendique, rationalibus eum ouibus paſtorem ſupremum præficiens. Verùm, quænam hæ claues? quarum portarum clauiger Petrus efficitur? Porta hæc Chriſtus eſt qui dixit, ego ſum oſtium: eius verò clauis eſt fides, quam Dominus Coryphæo committit. Dat igitur Petro & ſucceſſoribus eius claues, &c.]

Ioan. 9.

EVTYCHIVS Patriarcha Alexandrinus Orthodoxus. PETRVS Apoſtolorum princeps Euangelium Marci cum Marco linguâ Romanâ in vrbe Romæ ſcripſit, &c.

Eutychius in Origin. Eccl. Alex. interprete Seldeno ex Arab.

To. 3. *Conc. p. ſec. Ann.* 966.

DIPLOMA OTTONIS Imperatoris à Ioanne xii. ſuſceptũ. [EGO Otto Dei gratiâ Imperator Auguſtus vna cũ Ottone glorioſo filio noſtro diui-
" nâ ordinante prouidentiâ ſpondemus atque
" promittimus per hoc pactum promiſſionis no-
" ſtræ, tibi B. PETRO principi Apoſtolorum &
" Clauigero regni cœlorum, & per te Vicario
" tuo Ioanni, ſummo pontifici & vniuerſali Pa-
" pæ, &c. ſicut à Domino Carolo Imperatore an-
" teceſſore noſtro, Beato Petro Apoſtolo per do-
" nationis ſcriptum conceſſum eſt, &c.

S. BVRCARDVS Vvormacienſis Epiſcopus Decretum ſuum ita orditur. [In nouo teſtamento poſt Chriſtum Dominum noſtrum à Petro Sacerdotalis cœpit ordo, quia ipſi primò ponti-ficatus in Eccleſia Chriſti datus eſt, dicente Domino ad eum, Tu es Petrus &c. Atque hoc priuilegium beato clauigero PETRO, ſuâ vice SOLVMMODO commiſit, quod eius iuſtè prærogatiuum ſucceſſit ſedi, futuris hæreditandum atque tenendum temporibus, quomodo & inter beatiſſimos Apoſtolos fuit quædam diſcretio poteſtatis. Et licet cunctorum par electio foret, beato tamen petro conceſſum eſſet vt aliis præemineret.] Quæ verba licet ex dubiis Anacleti & Melchiadis Epiſtolis referat tamen nihilominus Canonum loco eſſe vult; ac præterea eorum pars nulla eſt quæ ex aliquo vetuſto Eccleſiæ ſcriptore non ſit decerpta, vt docti ſciunt. *Burcard. 1. p. decr. l. 1. c. 1. & 2*

IVO Carnotenſis Epiſcopus Quinta decreti ſui parte ab iiſdem, quibus Burcardus, teſtimoniis incipit. Adiungit iiſdem, auctoritatem S. LEONIS Papæ. [Huius muneris Sacramentum ita Dominus ad omnium Apoſtolorum officium pertinere voluit, vt in beatiſſimo PETRO Apoſtolorum omnium ſummo principaliter collocaret: vt ab ipſo quaſi quodam Capite dona ſua velut in omne corpus diffunderet: vt exortem ſe miniſterij intelligeret eſſe *Iuo Carnot. par. 5. decr. cap. 6.*

„ diuini, qui auſus fuiſſet à Petri ſoliditate diſce-
„ dere. Sancti quoque Pelagij Papæ & aliorum
„ Pontificum ſententiis idem confirmat: ac tan-
„ dem Adriani Papæ verbis in ſept. Synodo ap-
„ probatis. Beati PETRI ſedes per vniuerſum or-
„ bem Principatum tenens refulget, & Caput
„ omnium Eccleſiarum Dei exiſtit. Vnde ipſe B.
„ Petrus Apoſtolus ex præcepto Domini paſcens
„ Eccleſiam, nihil defecit, ſed tenuit ſemper &
„ tenet principatum per quem adhæret ſanctitas
„ veſtra Apoſtolico throno qui eſt caput omnium
Eccleſiarum Dei.]

Oecumen. in Act. cap. 1. interpr. ca. 2.

OECVMENIVS ad cap. 1. Actor. in hęc verba *ſurgens Petrus in medio diſcipulorum.* ἀνίσταται ὁ Πέτρος οὐχ ὁ Ἰακώβος, καὶ ὡς θερμότερος, καὶ ὡς τὴν προστασίαν τῶν μαθητῶν ἐγκεχειρισμένος. *Surgit non Iacobus ſed Petrus, & vt feruentior, & vt is cui diſcipulorum præfectura tradita erat.*

Rupertus in volumen 4. Euang. lib. 1. c. 25.

RVPERTVS Preſbyter Abbas Tuitienſis in Capite cui titulus eſt DE PRIMATV PETRI APOSTOLI INTER PRINCIPES REGNI DEI *primogenitâ Petri fide laudatâ, parem iuris cæleſtis & Senatoriæ dignitatis poteſtatem*; omnibus Apoſtolis contraditam docet per verba *Quæcumque alligaueritis, &c.* Petro vero primariam aliam poteſtatem SINGVLAREM. I*taque poteſtas quidem eſt communis omnium: ſed* VNVM ET SINGVLARE VNIVS EST PETRI PRIVILEGIVM *cui priùs &* SINGVLARITER *dictum eſt tibi dabo Claues, &c,*

S. BERNARDVS Preſbyter Abbas Claræual-lenſis loco decantatiſſimo ad Eugenium III. *Locus in quo ſtas, terra ſancta eſt: Locus* PETRI, *locus principis Apoſtolorum: locus illius eſt quem conſtituit Chriſtus* DOMINVM *domus ſuæ, &* PRINCIPEM *omnis poſſeſſionis ſuæ.* Idem in opere de conſideratione ad eundem pontificem. [Tu poteſtate petrus, vnctione Chriſtus. Tu es cui claues traditæ, cui oues creditæ ſunt. Sunt quidem & alij cœli janitores, & gregum paſtores: ſed tu tantò glorioſius, quantò & differentiùs vtrumque præ cæteris nomen hereditaſti. Habent illi ſibi adſignatos greges, ſinguli ſingulos. Tibi vniuerſi crediti, VNI VNVS. Nec modo ouium, ſed & paſtorum tu vnus omnium paſtor. Vnde id probem, quæris? Ex Verbo Domini. Cui enim non dico Epiſcoporum, ſed etiam Apoſtolorum, ſic abſolutè & indiſcretè totæ commiſſæ ſunt oues? Si me amas petre, Paſce oues meas. Quas? illius vel illius, populos ciuitatis aut regionis, aut certi regni? Oues meas, inquit. Cui non planum non deſignaſſe aliquas, ſed aſſignaſſe omnes? Nihil excipitur, vbi diſtinguitur nihil. Et fortè præſentes cæteri condiſcipuli erant, cùm committens VNI, vnitatem omnibus commendaret in Vno grege & VNO paſtore, ſecundum illud, Vna eſt Columba mea, formoſa mea, perfecta mea. Vbi Vnitas ibi perfectio. Reliqui numeri per-

S. Bernard. ep. 237.

Idem de Conſider. l. 2. cap. 8.

Ioan. 21.

Cant. 6.

» fectionem non habent, ſed diuiſionem, recedentes ab vnitate. Inde eſt quod alij ſinguli ſingulas ſortiti ſunt plebes, ſcientes Sacramentum. Denique Iacobus qui videbatur columna Eccleſiæ vnâ contentus eſt Hieroſolymâ Petro vniuerſitatem cedens. Porrò cedente Domini fratre, quis ſe alter ingerat PETRI prærogatiuæ? Ergo iuxta Canones tuos alij in partem ſollicitudinis, tu in plenitudinem poteſtatis vocatus es, &c.] Et poſtea. SIGNVM EST SINGVLARIS PONTIFICII PETRI. Hæc S. Bernardus: hæc alij magno ſanè numero eiuſdem ætatis ſcriptores quos aliorum diligentiæ excutiendos relinquimus. Nobis clariorum tantummodo ſeriem perſequi conſilium eſt.

Gal. 2.

Arnulph. ep. 19. an. 1160.

ARNVLPHVS Lexouienſis Epiſcopus ad Alexandrum III *Vos Apoſtolum Chriſti, Petri Vicarium, Paſtorem & Epiſcopum omnium qui Chriſtiano nomine cenſentur agnoſco, & vobiſcum Catholicam profiteor vnitatem.*

SINGVLARIS PETRI CATHEDRA ſeu Primatus ex ſcriptoribus Orthodoxis ſæculorum xiii. xiv. & xv. nobiliſſimis confirmatur.

CAP. VIII.

PETRVS LOMBARDVS Epiſcopus Pariſienſis ad ſuperiùs quidem ſæculum ferè medium reuocandus eſt: huc tamen à nobis acerſendus, vt Doctorum Scholaſticorum, quos hoc primùm capite ſumus conſcripturi, agmen ducat. Is ergo in commentariis Epiſtolæ ad Galatas ex S. Auguſtini doctrinâ: [Firmitas & Charitas PETRI, cui terà Domino dictum eſt, Paſce oues meas, obiurgationem talem PAVLI POSTERIORIS PASTORIS, pro ſalute gregis libentiſſimè ſuſtinebat: volebatque hoc ad magnum humilitatis exemplum: vt in eo qui PRIMVS EST diſcant cæteri mites eſſe & humiles. Ipſe enim Petrus quod à Paulo fiebat vtiliter libertate Charitatis, ſanctè ac benignè pietate humilitatis accepit: atque ita exemplum poſteris præbuit, tantò ſanctius quantò ad imitandum difficilius, quo non dedignarentur maiores ſicubi fortè recti tramitem reliquiſſent, etiam à poſterioribus corrigi.] Quæ verba, Paulum Petro fuiſſe inferiorem apertiſſimè teſtantur.

Magiſt. ſentent. in com. ep. ad Gal. c. 2

Gulíel. Pariſ. lib. de ſacr. ord. c. 13

GVLIELMVS ARVERNVS Pariſienſis Epiſcopus libro de Sacramento ordinis. *Papatus non eſt Ordo. Manifeſtum eſt, quod Papa non eſt maior quàm Petrus: non eſt enim niſi ſucceſſor ipſius, quantùm ad poteſtatem & dignitatem: nec ipſe vocat ſe niſi Epiſcopum.*

VII.

S. Thom. opuſc. 1. par. 2

S. THOMAS Aquinas Preſbyter, Opuſculo contra Græcorũ errores. ex S. Cyrillo vt ipſe citat libro Theſaurorum. [Sicut Chriſtus accepit „ à patre ſceptrum Eccleſiæ Gentium ex Iſraël „ egrediens ſuper omnem principatum & poteſtatem: ſuper omne quodcumque eſt, vt ei cuncta curuentur, pleniſſimam poteſtatem: ſic & „ PETRO & eius ſucceſſoribus pleniſſimè commiſit. NVLLI ALII QVAM PETRO, quod ſuum eſt „ plenum: SOLI dedit.]

S. Bonau. in c. 11. Luc.

S. BONAVENTVRA expoſitione in Lucam. [Reſpondens Simon Petrus dixit: Chriſtum „ Dei. Vnus pro omnibus reſpondet vt commendetur vnitas Eccleſiæ in fide, confeſſione, & „ prælatione. Vnde PETRVS tanquam VNVS „ PRÆLATVS Vniuerſalis Eccleſiæ, vnus pro omnibus reſpondet, propter quod dicebat Paulus, „ obſecro vt idipſum dicatis omnes, & non ſint in „ vobis ſchiſmata. Vnde merito ipſius confeſſionis, vnius pro omnibus nomen Petri eſt ſibi confirmatum, & Vniuerſalis prælatio ſuper Eccleſiam eſt conceſſa ſecundum quod dicitur, &

ego

ego dico tibi &c. vnde apparet quod non ex impetu, ſed Spiritu ſancto incitatus prior reſpondit.]

III.

Hervævs Natalis, Auctor commentariorum in Paulum, qui S. Anſelmo tribuuntur, ex Ss. Patribus: [Petrus laudauit Pauli Epiſtolas: Amicus veritatis laudauit etiam quod reprehenſus eſt. Seque etiam minori fratri ad conſenſum dedit. Tunc enim Paulus adhuc erat minor, quamuis nunc ſit æqualis. Atque in eadem re factus eſt ſequax minoris ſui vt etiam in hoc præiret, quatenus qui primvs erat in apostolatvs cvlmine, eſſet primus in humilitate.] *Hervæus in 2. cap. ep. ad Gal.*

Petrvs Palvdanvs Hieroſolymitanus Patriarcha libro de cauſſa immediatâ Eccleſiaſticæ poteſtatis. [Prima Concluſio eſt quod Petrus habuit poteſtatem ſuper omnes Apoſtolos tanquam Princeps & Prælatus eorum. Obijcitur omnes Apoſtoli fuerunt pares. Solutio eſt quod eſt rerum de poteſtate Ordinis Sacerdotalis & Epiſcopalis, ſed non de poteſtate Iuriſdictionis. Obijcitur ſecundo, ſaltem Petrvs et Pavlvs fuerunt æquales. Ambroſius 11 q. vij. Beati Petrus & Paulus eminent ſuper Apoſtolos vniuerſos & peculiari quadam prærogotiuâ præcellunt, vnde inter eos quis cui præponatur incertum eſt: ſolutio, Sed ad hoc reſpondetur quod dicit ibi pares eſſe meritis, per hoc *Paludan. lib. de Eccl. Pot. art. 1. concl. 1* *Eſt S. Maximi.*

„ quaſi diceretur PRÆLATIONE impares eſſe, &c.
„ Reliqua ibidem lege.

Gerſ. to. 1. lib. de ſtatib. conſid. 1. IOANNES GERSON Cancellarius Eccleſiæ Pariſienſis & Vniuerſitatis libro de ſtatibus Ec-
„ cleſiaſticis. Status Papalis, inſtitutus eſt à Chri-
„ ſto ſupernaturaliter & immediatè tanquam pri-
„ matum habens Monarchicum & regalem in
„ Eccleſiaſticâ Hierarchiâ: ſecundum quem ſta-
„ tum vnicum & ſupremum Eccleſia militans di-
„ citur vna ſub Chriſto: quem ſtatum quiſquis
„ impugnare vel diminuere, vel alicui Eccleſiaſti-
„ co ſtatui particulari coæquare præſumit, ſi hoc
„ pertinaciter faciat, hæreticus eſt, Schiſmati-
„ cus, impius atque ſacrilegus. Cadit enim in hæ-
„ reſim toties expreſſè damnatam à principio naſ-
„ centis Eccleſiæ: tam per inſtitutionem Chriſti
„ DE PRINCIPATV PETRI SVPER ALIOS APO-
„ STOLOS, quàm per traditionem totius Eccleſiæ
„ in ſacris eloquiis ſuis & generalibus Conciliis.
Idem etiam in libro de Appellatione à Papâ, & pluribus aliis locis.

Toſtat. in cap. 16. Matt. qu. 68. 3. ALPHONSVS TOSTATVS Epiſcopus Abulenſis in Matthæum. *Chriſtus dedit Petro nomen officij, principatus, prælationis: Simon enim primus Apoſtolorum conſtitutus eſt, Vniuerſalis Epiſcopus, & maximus omnium Epiſcoporum: ideo ipſe conuenienter Petrus dictus eſt.* Idem vero poſtea circa comparationem Pauli cum Petro, mentem ſuam aperit, *Idem in cap. 18. Matth. qu. 86.* quam & communem dicit, his verbis, *Paulus Petro ſubditus erat.*

IV.

An. 1439. Concil. Flor. decr. Vnion. ſeſſ. 25.

CONCILIVM FLORENTINVM in Decreto Vnionis. Ὁρίζομεν τὴν ἁγίαν Ἀποστολικὴν Καθέδραν καὶ τὸν Ῥωμαϊκὸν Ἀρχιερέα εἰς πᾶσαν τὴν οἰκουμένην τὸ πρωτεῖον κατέχειν, αὐτόν τε τὸν Ῥωμαϊκὸν Ἀρχιερέα Ῥωμαϊκὸν εἶναι τοῦ μακαρίου Πέτρου τοῦ Κορυφαίου τῶν Ἀποστόλων καὶ ἀληθῆ τοποτηρητὴν τοῦ Χριστοῦ, καὶ πάσης τῆς Ἐκκλησίας κεφαλὴν, καὶ πάντων τῶν Χριστιανῶν πατέρα τε καὶ διδάσκαλον ὑπάρχειν, καὶ αὐτῷ ἐν τῷ μακαρίῳ τοῦ ποιμαίνειν καὶ διϊθύνειν, καὶ κυβερνᾶν τὴν καθολικὴν Ἐκκλησίαν ὑπὸ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ πλήρη ἐξουσίαν παραδεδόσθαι, καθ' ὃν τρόπον καὶ ἐν τοῖς πρακτικοῖς τῶν οἰκουμενικῶν συνόδων καὶ ἐν τοῖς ἱεροῖς κανόσι διαλαμβάνεται. [Id eſt. Definimus ſanctam Apoſtolicam ſedem & Romanum Pontificem in vniuerſum orbem tenere Primatum: & ipſum Pontificem Romanum ſucceſſorem eſſe Beati PETRI Apoſtolorum Principis, & rerum Chriſti Vicarium, totiuſque Eccleſiæ Caput, & omnium Chriſtianorum Patrem ac Doctorem exiſtere: & ipſi in Beato Petro, paſcendi, regendi ac gubernandi vniuerſalem Eccleſiam à Domino noſtro Ieſu Chriſto plenam poteſtatem traditam eſſe: quemadmodum etiam in geſtis Oecumenicorum Conciliorum & in ſacris canonibus continetur.]

BESSARIO Cardinalis in Epiſtola Generali ad Græcos. Ὁ ἡμέτερος θεσμοθέτης Ἰησοῦς Χριστὸς, ὅσῳ πάσης ἀνθρωπίνης ὑπερέχει σοφίας, αὐτὸς πάσης ἂν ἡμῖν αἴτιος, αὐτὸς χορηγὸς· τὸ βελτίονα δή που τῆς πολιτείας τρόπον

τῇ ἑαυτοῦ ἔστο Ἐκκλησίᾳ τὸν Πέτρον καταστήσας Μονάρχην καὶ δι' αὐτοῦ τοὺς διαδόχους ἐκείνου σὺ γὰρ εἶ φησὶ Πέτρος. La-
„ tinè idem Beſſario ſic reddidit: Legiſlator &
„ Dominus noſter Ieſus Chriſtus omnem huma-
„ nam ſapientiam, cuius ipſe dator eſt, excedens,
„ optimum gubernandi modum ſuæ ipſe reliquit
„ Eccleſiæ, quùm PETRO ET PER EVM ſucceſſo-
„ ribus eius Principatum illius tradidit. Tu es, in-
„ quit, Petrus, &c.]

Ioſeph. Methon. pro Concil. Flor. in fin. Conc. Flor. p. 752. edit. Ro.

Ioſeph Methonenſis Epiſcopus pro Concilio Florentino: ex Theodoro ſtudita epiſt. ad Michaëlem Imper. Πατροπαράδοτος διασάφησις. ἡ κορυφαιοτάτη τῶν Ἐκκλησιῶν τοῦ Θεοῦ, ἧς Πέτρος πρωτόθρονος, πρὸς ὃν Κύριος φησί. σὺ εἶ ὁ Πέτρος. Declaratio
„ à Patribus tradita. Suprema Eccleſiarum Dei,
„ cuius PETRVS primus fuit præſes, ad quem di-
„ xit Dominus: Tu es Petrus, &c.

Innumeros alios huius ſæculi ſcriptores Latinos prætermittere cogimur; qui ſummum Pontificem vnius Petri Apoſtolorum Principis ſucceſſorem agnoſcunt atque venerantur.

SINGVLARIS CATHEDRA SEV Primatus Petri, ex ſæculorum duorum xvi. & xvii. teſtimonijs.

CAPVT IX.

SI quot & quantos hęc poſterior ſæculorum ætas, Hæreticorum malleos & debellatores tulit in medium adducere, locus, otium, animus demùm eſſet; ab integrâ Eccleſiæ acie ordinatâ ſe obſideri ac profligari ſtuperet Eraniſta. Nemo enim ex iis qui his ſæculis ſanè in coniuratiſſimos Romanę Sedis hoſtes Lutherum, & Caluinum eorumque aſſeclas dimicarunt; ex iis inquam omnibus exſtitit nemo, qui alteri quam B. Petro dignitatem Capitis Vniuerſalis, Apoſtolorum Primatum, ſingularem Eccleſiæ Apoſtolicæ & Romanæ Cathedram vindicarit.

Primus vt exiſtimo in Lutherum pugnauit IOANNES ECCIVS Suenus, qui rectè ſcribit ad Conradum Herbipolenſem Epiſcopum, *Ego cum his beſtiis dentatis ſæpe eminùs & cominùs pugnaui: cum* Luddero *ipſo Draconis capite; cum Carolſtadio & Oecolampadio*, &c. Poſt pleraſque cum iis pugnas & victorias ſcripſit. Opus inſigne De *Primatu Petri* in cuius omnibus ferè paginis Cathedram ſingularem Eccleſiæ Catholicæ & Romanæ ſoli Petro aſcribit: Sæpenumerò in co- *Ann.* 1520.

Eccius lib. 3. de Primatu Petr. c. 37. dem opere eamdem Capitis dignitatem Paulo denegans, Vni Petro tribuit vt libro 3. [S. Hieronymus, inquit, ſuper epiſtolâ ad Galatas „ Paulus Petrum reprehendit quod non auderet „ niſi ſe non imparem ſciret renarrat Gratianus 2. „ qu. 7. Paulus. Reſp. Si modò eſſet Apoſtolus in „ terris, ille in his quæ ſunt fidei, nec ſummo „ Pontifici nec toti Concilio eſſet ſubiectus. „ Quantum verò ad REGIMEN ET POTESTATEM „ attinet ſic Petrus fuit ſuperior Paulo, quem ve- „ lut ECCLESIÆ CAPVT venerabatur, & quod „ Illuſtriſſimus Princeps Georgius Saxoniæ dux „ ponderabat pro Petro, quod cùm Simon Ma- „ gus illuderet populo, dixit S. Paulus ſe oratu- „ rum, vt Petrus præciperet. Vide, imperium „ agnouit in Petro & in hoc ei ceſſit, &c.] Idem poſtea ex S. Athanaſio, verum quo opere nec ille notat nec ego ſcio. [Priùs, inquit, enumerat *Epiſt. 1. ad Cor.* ſe Paulus quàm Petrum non quòd ipſe ſe ma- „ ior, ſed potius quòd Petrum anteponat, cum „ gradatim aſcendat primò nominando Apollo „ qui minor eo erat, dein ſe, tertiò Petrum ve- „ lut maiorem, poſtremò Chriſtum velut ſupremum.]

IOANNES FISCHERVS Epiſcopus Roffenſis, Cardinalis, & quod longè illuſtrius eſt, Mar- *Fiſcherus contra Luther. art. 25.* tyr, contra Lutheri articulos. [Erant Moyſes „ & Aaron vmbræ quædam Chriſti & Petri, in „ ratione Sacerdotij. Erant enim Moſes & Aaron

Sacerdotes veteris legis : Chriſtus autem & Petrus , legis nouæ. Cæterùm vt à ſolo Deo Moſes conſecratus, fratrem ſuum Aaron vnà cum cęteris huius filiis in Sacerdotes conſecrauit,ita tamen vt Aaron eſſet cæterorum Princeps: ſic & Chriſtus à ſolo Deo Patre Sacerdos ſecundùm ordinem Melchiſedech effectus, Petrum ipſum vnâ cum cæteris Apoſtolis conſtituit eiuſdem Ordinis Sacerdotes : ſed Petrum cæterorum Principem effecit.]

REGINALDVS POLVS S. R. E. Cardinalis Operis illius docti & diſerti ad Henricum VIII pro defenſione Vnitatis Eccleſiaſticę toto libro ſec. Petri Cathedram, Petri Primatum, Petri Dignitatem Capitis ſingularem mirificè tuetur ac illuſtrat: atque vbi de Paulo mentio incidit ſub finem libri.] Charitas, inquit, per quam domus Dei regitur, eum morem, vt ab inferioribus ſuperiores reprehendi non ſoleant, perpetuo retineri non patitur: ſed vbicumque Eccleſiæ vtilitas poſcere videtur, nequaquam dubitat inferior ſuperiorem reprehendere. Quemadmodum Paulus eo tempore fecit, cùm Petrum ſe ſuperiorem reprehendit.] Plurimas huius ſententiæ ſcintillas in eiuſdem libro de ſummo Pontifice ad Pium V. emicantes videbis.

Reginald. Pol. de Vnit. Eccl. l. 2. contra Lutheranam doctrin.

II.

ALBERTVS PIGHIVS Præpoſitus Traiectenſis epiſtolâ ad Paulum III. [Hierarchiam Eccle-

Albert. Pigh. in limine Ecc. hier.

" ſiæ aſſerimus, Chriſto auctore, atque in eadem
" beatiſſimi Petri, vt eius præſidis, & ſanctitatis
" tuæ, quæ illi ſucceſſit in auctoritate & officio
" Cathedræque Apoſtolicæ principalem auctori-
" tatem & prærogatiuam ſingularem.] Idem lib.
" III. Hierarch. toto pro ſolius Petri primatu

Lib. 3. cap. 11 acerrimè decertat, & ab eo S. Paulum excludit, integro capite XI, vide.

Hoſius Confeſſ. Cathol. de Eccl. c. 26 Staniſlaus Hoſius Cardinalis Epiſcopus Vvarmienſis. [Chriſtus aſcenſurus ad Patrem, VNI curam Eccleſiæ ſuæ mandauit: VNI PE-
" TRO paſcendas oues ſuas commiſit, vnum il-
" lum Principem deſignauit multis argumentis:
" vt ipſe quidem in cœlo eſſet Auctor vnitatis per-
" petuæ: Petrus autem & quiſquis ei ſucceſſiſſet,
" eiuſdem retinendæ dux & Princeps in terris ha-
" beretur. Vnitatis itaque conſtituendæ princi-
" pium Chriſtus, & per eundem Chriſtum Petrus
" & eius ſucceſſor ſtatuitur. Hoc vniuerſa credi-
" dit antiquitas.

III.

DEINCEPS verò non amplius Auctores, ſed Auctorum examina nobis aduocanda eſſent: Vt finem igitur huic ſcriptorum ſeriei tandem imponamus paucos ex illuſtrioribus Theologorum qui reliquo ad nos vſque tempore floruerunt, indicabimus, qui ſingularis Petri ſolius in Eccleſiâ primatûs Doctrinam ſibi à maioribus traditam nobis conſignarunt.

Ex Schola S. Thomæ Sixtvs Senenſis in Bibliothecâ ſanctâ. *Vbi Chryſoſtomus ait Paulum fuiſſe honore parem Petro, Verborum ſenſus & occaſio palàm arguunt eum loqui de honore Apoſtolatûs & dignitate Euangelicæ prædicationis quibus Paulus nihilo Petro inferior fuit: non verò de Petri Monarchiâ & de primariâ Petri auctoritate ac iuriſdictione ſuper omnes Apoſtolos & in omnem Eccleſiam.* *Sixtus Senenſis bibl.6. ann. 269. & 272.*

Ex Schola Societatis Ieſu celebres Theologi Turrianus Maldonatus commentariis in cap. xvi. Matthæi & cap. xxi. Ioannis. Toletus in cap. xxi. Ioannes Bellarminus lib. 2. de Romano Pontifice. *Bellarmin. lib. 2. cap. 21.*

Ex Schola Sorbonicâ. Antonius Demochares in Opera de Miſſæ ſacrificio. Mauclercius libb. de vtraque Monarchiâ. Andreas Du-Vallius Theologiæ primus Profeſſor Regius lib. de ſupremâ Romani Pontificis poteſtate parte 1. quæſt. 3. 4. & ſeq. Philippi Gamachæi Regij quoque apud Sorbonam Profeſſoris, viri omni exceptione maioris, eandem in rem manuſcriptum opus, cui immortuus eſt, tractaui. *Demochares Monchiacenus ep. ad Pontif.*

IV.

His adijcere lubet auctoritatem duorum noſtri temporis, Græcorum Theologorum. Primus eſt Matthæus Caryophilus Archiepiſcopus Iconienſis, libro contra Nilum Theſſalonicenſem variis locis, eo præſertim vbi expendit ver- *Caryoph. l. in Antirrheſi de prim. Pap.*

H

Athan. Apol. 2. ad Ro. Syn. 1. Sexti. ſynod. proſphonetica.

ba S. Athanaſij ἃ παρειλήφαμεν παρὰ τοῦ μακαρείου Πέτρου Ἀποστόλου ταῦτα καὶ ἡμῖν γράφω. *Quæ à B. Petro accepimus, ea vobis ſignifico.* Vbi etiam Verba ſextæ Synodi δι' Ἀγάθωνος ὁ Πέτρος ἐφθέγγετο, & Agathonem PETRVS locutus eſt. Idem quoque in

Idem contra Gergan. blaſph. 31. ſeq.

Confutatione Gergani pſeudo-Chriſtianæ Catecheſeos, Græco vulgari, vbi poſt locupletiſſima de primatûs vni Petro conceſſâ dignitate teſtimonia & arguméta: tandem de Petro & Paulo comparatis ita concludit. Κὶ ἐδῶ ἀκόμη ἂς σημειώσῃ πᾶς φιλαλήθης, πῶς ὁ Χρυσόστομος κράζει τὸν Πέτρον καὶ ἰσότιμον τοῦ Παύλου καὶ μεγαλήτερον ἀπὸ τὸν Παῦλον. τὸ ὁποῖον ἤθελεν εἶσθαι φανερὴ ἐναντιλογία εἰς ἕνα στίχον!, ἂν δὲν ἦτον ἐκεῖνο ὁποῦ εἴπομεν παρεπάνω διὰ τὴν ἰσότητα καὶ ἀνισότητα τῶν Ἀποστόλων. Κὶ εἶναι τόσα ἀληθινὸν καὶ κοινὴ ὁμολογία τῶν παλαιῶν, νὰ ἦτον καθὼς λέγει ὁ Χρυσόστομος μείζων, τοῦ Παύλου κατ' ἐξουσίαν ὁ Πέτρος, ὅτι καὶ ὁ Χριστιανομάχος Πορφύριος ἐτόλμησε νὰ κατηγορήσῃ τὸν ἅγιον Παῦλον ὡς ἰταμὸν καὶ ἀναίσχυντον, διατὶ λέγει. ἀποκότησε νὰ ἀντισταθῇ κατὰ πρόσωπον τοῦ Κορυφαίου τῶν Ἀποστόλων διὰ τὴν διαφορὰν ἐκείνην, ὁποῦ φαίνεται εἰς τὴν πρὸς Γαλάτας.

» Id eſt: Hic etiam animaduertant ſtudioſi om-

Chryſoſt. in 1. ad Gal.

» nes veritatis, Petrum à Chryſoſtomo dici & æqualem & maiorem Paulo. Quæ profectò ma-
» nifeſta eſſet in vno verſu repugnantia, ſi verum
» non eſſet quod ſupra diximus de æqualitate &
» inæqualitate Apoſtolorum. Adeo vero certum,
» adeo confeſſum erat omni antiquitati, Petrum:
» vt Chryſoſtomus ait, fuiſſe Paulo poteſtate ſu-

periorem : vt Chriſtiani nominis hoſtis Porphyrius non dubitauerit arguere Paulum vt procacem, quod auſus fuerit reprehendere principem Apoſtolorum ob controuerſiam illam quę legitur in Epiſtolâ ad Galatas. Deinde concludit. Ἀπὸ τὴν κοινὴν καὶ μερικὴν, ὡς ἐξηγήσαμεν, ὑπεροχὴν τοῦ Πέτρου, ἔχομεν δύο. Πρῶτον ὅτι ἀπὸ τοῦ Χριστὸν ἔλαβεν ὁ Πέτρος πρωτοστάτης Ἀποστόλων. Δεύτερον ὅτι μόνος ὁ Πέτρος ἔλαβεν ἀπὸ τοῦ Χριστὸν οἰκουμενικὸς Ἐπίσκοπος. Id eſt : Ex communi & particulari comparatione duo habemus. Primum quod Petrus à Chriſto habuit vt eſſet Apoſtolorum præfectus. Alterum, quod SOLVS PETRVS fuit à Chriſto creatus Vniuerſalis Epiſcopus.

S. Hieron. in c. 2. ad Gal.

ALTER, ARCVDIVS Presbyter Corcyræus tractatu de Purgatorio contra Barlaamum. τὴν Ἐκκλησίαν μίαν καὶ μόνην οὐ δικέφαλον ὁ Χριστὸς ἀπεφήνατο. Ὁ δὲ Πέτρος τῶν Ἀποστόλων ἀρχηγὸς ὅσον εἶχεν ἐξουσίας καὶ ἀνήκει πρὸς τὸ εἰς τὸ κυβερνᾶν πᾶσαν τὴν τοῦ Χριστοῦ Ἐκκλησίαν, καὶ ὅλον τὸ ποίμνιον τὸ πᾶν τοῖς διαδόχοις κατέλιπε καὶ ὁ Χριστὸς ὁμοίως. Eccleſiam Vnam & ſolam, non bicipitem Chriſtus conſtituit, Petrus verò Apoſtolorum Princeps, quantum habuit poteſtatis, quod ſpectat ad gubernandam totam Eccleſiam Chriſti & totum ouile; id vniuerſum ſuis ſucceſſoribus reliquit, & Chriſtus ſimiliter.] Plura ibidem : vbi & Paulum excludit non à conſortio Apoſtolatûs, ſed Primatûs.

Arcud. de Purg. poſt med. Rom.

V.

Verùm hæc prodiſſe tenus. Equidem ex his abundè conſtare ſcio, perpetuam ac minimè intercisſam hanc fuiſſe Eccleſiæ mentem, De Petri Cathedra sive Primatv singvlari. Quis enim tot tantiſque Orthodoxæ teſtibus, præter Eraniſtas, non credat? De his poſſum facilè veréque vſurpare, quod de patribus aduerſus Iulianum à ſe coactis prædicat S. Auguſtinus: [Iſti ſunt dicti, graues, ſancti, veritatis acerrimi defenſores, contra garrulas vanitates: » in quorum ratione, eruditione, libertate, quæ » tria bona Iudici tribuas, nihil potes inuenire » quod ſpernas. Si Epiſcopalis Synodus ex toto » orbe congregaretur, mirum ſi tales poſſent il- » lic tot ſedere, quia nec illi vno tempore fue- » runt.]

S. Auguſtin. lib. 2. in Iulian. fin.

SINGVLARIS PETRI CATHEDRA ſeu Primatus ex ſententiâ ſummorum Pontificum aſſeritur.

CAP. X.

ENimverò quis ignoraſſe ſummos pontifices putet, originem dignitatis ſuæ, primumque à Chriſto, cuius vices præſtant, ordinis & imperij ſui traducem atque deceſſorem ignoraſſe? percontari vero tantiſper illos de-

buerat Eraniſtes; accepiſſet ab ijs, quod à reliquis æui Eccleſiaſtici ſcriptoribus iam per nos inaudiit: PETRVM VNVM à Chriſto Electum & aſſumptum ad Vniuerſalem & ſupremam Chriſtiani gregis curam atque præfecturam: Petrum Vnum, Apoſtolorum omnium Apoſtolum, Principem, Coryphæum, Caput à Deo deſignatum ac inſtitutum: Petrum vnum Romanæ primæ Sedis fuiſſe primum Epiſcopum; Petrum vnum Eccleſiæ vniuerſalis fuiſſe poſt Chriſtum, ſupremum Vniuerſalemque Paſtorem, Rectorem, Pontificem: ſe demum non Paulo, non alteri, ſed Vni Petro, tanquam Apoſtolorum Principi, viſibili Eccleſiæ vniuerſæ Capiti, Romano adeoque Oecumenico ſummoque Pontifici ſuo quemque ordine ſuccedere. Romanã denique ſedem Petri, non verò Pauli ſedem omnes dicunt. Hæc ferè ſinguli, hæc omnes Romani Pontifices teſtantur: nos non omnes & ſingulos, ſed ex omnibus ſingulares, certiſſimis quoſque teſtimonijs pro cæteris locuturos interpellamus.

II.

SIRICIVS Romanus Pontifex ad Hirmerium Tarraconenſem Epiſcopum. *Portamus omnium onera qui grauantur: quinimmò hæc portat in nobis B. Petrus Apoſtolus, qui nos in omnibus vt confidimus, adminiſtrationis ſuæ protegit & tuetur hæredes.* Idem in Epiſtolâ Concilij Romani ad Africanos: *An. 385. ep. 1 in Collect. Dionyſii exigui.* *Ep. 4.*

Idem habet Innoc. ep. ad Victricium. *Quùm in vnum plurimi fratres conueniſſemus ad ſancti Apoſtoli Petri reliquias, per quem Apoſtolatus & Epiſcopatus cœpit exordium, &c.*

Innoc. an. 402. ep. I. INNOCENTIVS I. ad Decentium Eugutinum Epiſcopum. [Quis neſciat aut non aduertat, id „ quod à Principe Apoſtolorum Petro Romanæ „ Eccleſiæ traditum eſt, ac nunc vſque cuſtoditur „ ab omnibus debere ſeruari: nec ſuperinduci aut „ introduci aliquid, quod aut auctoritatem non „ habeat, aut aliunde accipere videatur exem„ plum? præſertim cùm ſit manifeſtum, in om„ nem Italiam, Gallias, Hiſpanias, Africam at„ que Siciliam, Inſulaſque interjacentes, nullum „ inſtituiſſe Eccleſias, niſi eos, quos venerabilis „ Apoſtolus Petrus aut eius ſucceſſores conſtitue„ rint Sacerdotes?

Zoſim. an. 417. ZOSIMVS Aurelio Carthagin. *His accedit Apoſtolicæ Sedis auctoritas, cui in honorem beatiſſimi Petri Patrum decreta peculiarem quandam ſanxere reuerentiam.*

Bonifac. 418 BONIFACIVS I. ad Honorium Imp. *Teſte B. Petro, apud quem & de cuius ſede agitur.*

III.

CELESTINVS I. ad Epheſinam Synodum Encyclicâ. *Longius quidem ſumus poſiti: ſed per ſollicitudinem totum propiùs intuemur: omnes habet Beati Petri cura præſentes.*

S. LEONIS I. pluribus locis, quos anteà ſparſim attulimus, addere nihil opus eſt præter

vulgatâ formulam ab eo vt ab aliis Pontificibus
vſurpatam, quâ Petrum ipſum frequentiſſimè
pro Papâ ſedente nominant: quod S. Leo facit
non ſemel, epiſtolâ ad Epiſcopos Prouinciæ *Epiſt. 81. ita*
Viennenſis: quod explicatur in exemplari ſen- *Hormiſda*
tentiæ à Paſchaſino Epiſcopo & Bonifacio *ep. 23. Greg.*
Preſbytero Vicariis ſuis, in Synodo Calchedo- *ad Conſtan-*
nenſi contra Dioſcorum latæ: [Sanctus ac bea- *tiam.*
tiſſimus Papa caput Vniuerſalis Eccleſiæ Leo, *Auguſt. l. 4.*
per nos Vicarios ſuos, ſanctâ Synodo conſen- *c. 34. &*
tiente, Petri Apoſtoli prædictus dignitate, qui *l. 7. ep. 9. A-*
Eccleſiæ fundamen & Petra fidei, cœleſtis jani- *gatho. epi. ad*
tor nuncupatur, Epiſcopali eum dignitate nu- *Conſtantin.*
dauit, & ab omni auctoritate Sacerdotali fecit *Stephan. an-*
extorrem.] *tea ad Pipin. Greg. tert. ep. 6. S. Leo ep. ad Epiſcopos Galliæ.*

Gelasivs ad Æonium Epiſcopum Arela- *Gelaſ. ep. 12.*
tenſem. [Quanto totius ouilis curam, Chriſto *An. 494.*
Domino delegante ſuſceptam, beati Petri Apo- "
ſtoli gubernatio principalis vniuerſo Gregi "
debet in orbe terrarum tanto pietatis affectu "
cunctas Eccleſias earumque Rectores ample- "
ctitur. "

Vigilivs ad Iuſtinianum Imp. [Nos quos
Beatus Petrus Apoſtolus omni poſcenti ratio- *Vigil. 540. ep. 4.*
nem reddere piâ traditione conſtituit, libenti "
animo Chriſtianitati veſtræ ſatisfaciendum eſ- "
ſe perſpeximus: ſuppliciter ſperantes vt nullius "
ſubrepentis inſidiis priuilegia Sedis Beati Petri "
Apoſtoli, Chriſtianiſſimis temporibus veſtris "

» in aliquo permittatis imminui.] Ep. ſeq. ad Menam CP. vocat Romæ Præſules. Vicarios S. Petri.

Pelag. 577. *ep.* 8. Pelagivs II. ad Epiſcopos CP, pſeudoſynodi. [Relatum eſt ad Apoſtolicam Sedem Ioannem CP. Epiſcopum, Vniuerſalem ſe ſcribere, » voſque ex hac ſuâ præſumptione ad Synodum » conuocare generalem: quùm generalium Synodorum conuocandi auctoritas, Apoſtolicæ Sedi B. Petri ſingulari priuilegio ſit tradita, & nulla vnquam Synodus rata legatur quæ Apoſtolicâ auctoritate non fuerit fulta. Quapropter » quicquid in prędicto veſtro conuenticulo (quia » Synodus taliter præſumpta eſſe non potuit) ſtatuitis: Ex auctoritate S. Petri Apoſtolorum » Principis & Domini Saluatoris vôce, quâ B. Petro poteſtatem ligandi atque ſoluendi ipſe Saluator dedit: quæ etiam poteſtas in ſucceſſores » eius ſine dubio tranſiuit: præcipio omnia, quæ » ibi ſtatuitis, vana & caſſata eſſe.

IV.

Greg. I. *an.* 593. *v. to.* 2. *Conc. Gall.* S. Gregorivs Magnvs tot locis quibus ſigillatim deſignandis, fruſtra eſſem: ſolæ ad Reges Epiſcopoſque Galliarum Epiſtolæ nihil frequentius quam ſolius. *B. Petri Primatum, Sedem, Eccleſiam, protectionem, interuentionem, rem, patrimonium, poſſeſſionem loquuntur.*

Agatho cuius auctoritate Synodus vi. Oecumenicâ coacta eſt: in Anaphorâ Synodi Romanæ

Agatho. an. 680.

manæ ad Conſtantinum & Heraclium Impp. ἡ πολιτεία τοῦ χριστιανικωτάτου ὑμῶν κράτους ἐν ᾗ τοῦ μακαρίου Πέτρου τοῦ Κορυφαίου τῶν Ἀποστόλων, ὁ θρόνος τεθεμελίωται. *Chriſtianiſsimi veſtri imperij Reſpublica, vbi Beati Petri Coryphæi Apoſtolorum Sedes fundata eſt.* Idem epiſtolâ præcedente τοῦ μακαρίου Ἀποστόλου Πέτρου, οὗτινος εἰ καὶ ἀνάξιοι τὴν διακονίαν ἐκτελοῦμεν. *Petri Apoſtoli, cuius licet indigni fungimur miniſterio.* *Act. 4. ſext. Syn.*

Leo ſecundus Epiſt. ad Conſtantinum Pogonatum. τὸν ὀρθῆς πίστεως τὸν ὅρον ὁ Ἀποστολικὸς θρόνος τοῦ μακαρίου Πέτρου τοῦ Ἀποστόλου, οὗτινος τὴν διακονίαν εἰ καὶ ἀνάξιοι ὄντες ἐκτελοῦμεν, σεβασμίως ἐδέξατο. διὸ δὴ καὶ ἡμεῖς, καὶ διὰ τῆς ἡμετέρας τάξεως, οὗτος ὁ προσκυνητὸς καὶ Ἀποστολικὸς θρόνος ὁμογνωμόνως τε καὶ ὁμοψύχως τοῖς παρ' αὐτῆς ὁρισθεῖσι συμφωνεῖ, καὶ τῇ αὐθεντίᾳ τοῦ μακαρίου Πέτρου βεβαιοῖ, καθάπερ ἐπὶ στερεᾷ Πέτρᾳ, ἥτις ἐστὶν ὁ Χριστός, ἀπ' αὐτοῦ τοῦ κυρίου τὴν στερρότητα κομιζομένοις. [Defi- *Leo. 2. 684. ep. ad Conſt. poſt Concil. 6.*
nitionem veſtræ fidei Apoſtolicæ ſedes B. Petri «
Apoſtoli, cuius licet indigni miniſterio fungi- «
mur, veneranter ſuſcepit: idcirco & nos, & per «
officium noſtrum, hæc veneranda ſedes Apoſto- «
lica concorditer ac vnanimiter his, quæ definita «
ſunt ab eâ, conſentit: & Beati Petri auctoritate «
confirmat: ſicut ſupra ſolidam Petram, qui «
Chriſtus eſt, ab ipſo Domino adeptis firmita- »
tem.] Idem Epiſt. ad Eruigium Regem: Beati *Ep. 5.*
Petri Apoſtolorum, Principis, licet impares, »
pro commiſſo diuinâ ope miniſterio locum im- »
plemus.]

V.

Greg. ſec. ep. ad Leon. 714 GREGORIVS ſec. epiſt. ad Leonem Iſaurum Imper. ἠθελήσαμεν καὶ ἡμεῖς ὡς ἔχοντες τὸ κῦρος καὶ τὴν ἐξουσίαν καὶ τὴν αὐθεντίαν ἐκ τοῦ ἁγίου Πέτρου τοῦ Κορυφαίου δοῦναι σοι ἐπιτίμια. *Voluimus & nos tanquam habentes facultatem, Poteſtatem, & auctoritatem à ſancto Petro Principe, tibi pœnam irrogare.*

Zachar. 741. ep. 2. ZACHARIAS in Confirmatione Eccleſiæ Bar-
,, barenæ. [Nos ardenti animo & diuino iuua-
,, mine ac auctoritate B. Petri Apoſtolorum Prin-
,, cipis, cui data eſt à Deo & Saluatore noſtro Ie-
,, ſu Chriſto ligandi ſoluendique poteſtas pecca-
,, ta hominum in cœlo & in terrâ, confirmamus,
,, atque ſolidas permanere veſtras Epiſcopales ſe-
,, des ſancimus. Ep. 5. & ſeq. ad Bonifacium Au-
,, ctoritate B. Petri Apoſtolorum Principis præ-
,, cipimus, &c.

Leo tert. 795 ep. 1. LEO tert. ad Kemulphum Regem Merciorum. *Auctoritate Beati Petri, cuius vel immeriti vicem gerimus.*

Greg. IV. 827 GREGORIVS IV. ad Epiſcopos Galliæ de Aldrico Cenomanenſi. *Nolite Beati clauigeri Petri, cuius vice legatione pro Chriſto fungimur, Sedem, eiuſque Sedis auctorem ſpernere.*

NICOLAVS I. qui primus, vt opinor, dixit,
Nicol. I. 858. ep. 1. & 6. ad Photium. [Apoſtolatus noſter: Conſtat ſanctam Roma-
nam Eccleſiam per beatum Petrum principem
,, Apoſtolorum, qui dominico ore Primatum
,, Eccleſiarum ſuſcipere promeruit, omnium Ec-

cleſiarum caput eſſe.] Innumera in eius Epiſto-“ lis ſimillima.

HADRIANVS ſec. ad Lotharium Regem commonitoriâ: [Quia B. Petro Apoſtolorum Prin-“ cipi Dominus noſter oues ſuas, totam videlicet “ Eccleſiam pretioſo iam ſanguine ſuo redem-“ ptam; poſt paſſionis vincula, poſt clauorum “ vulnera & Crucis ludibria, atque Reſurrectionis “ gloriam, tertiò commendat, dicens: Paſce oues “ meas, paſce agnos meos: Nos vice vtique Apo-“ ſtolatûs illius, Domino in omnibus cooperan-“ te fungentes, &c. *Hadrian. ſec. 868.*

IOANNES VIII. in Concilio Tricaſſino ſec. Nos poteſtatem quam gratis à Chriſto accepi-“ mus ſecundum Euangelicam auctoritatem gra-“ tis prodeſſe omnibus cupientes, vice beati Pe-“ tri Apoſtoli decernimus, &c. *Ioan. oct. 878*

VI.

LEO IX. ad Michaëlem Imper. totâ Epiſtolâ pro primatu Petri etiam Paulo comparati certaſſe æquo lectori cenſebitur: ad finem vſque “ ab hoc loco: [Iuſtum eſt vt ibi lex ſancta caput “ teneat Principatûs, vbi ſanctarum legum inſti-“ tutor Saluator noſter B. Petrum Apoſtolum “ obtinere præcepit Cathedram: & ibi gentes “ pro Chriſti nominis confeſſione colla flectant, “ vbi eorum Doctor B. Paulus Apoſtolus pro “ Chriſto extenſo collo martyrio coronatus eſt.] “ Ab aliis locis aliunde adductis ipſi & probatis *Leo 9. 1048. ep. 1.*

" vſque ad epiſtolæ finem, plurima de eiuſdem Petri primatu ſingulari teſtimonia recognoſces, vt & ſequentibus Epiſtolis.

Greg. ſept. 1075. GREGORIVS VII. ad Coepiſcopos prouinciæ Mediolanenſis. [Per eam quam beato Petro Apoſtolorum Principi debetis obedientiam, & ex noſtrâ, quam per illum licet indigni ſuſcepimus, Apoſtolicâ auctoritate interdicimus &c. Quamplurima in eius Regiſtro eiuſmodi occurrunt.

VII.

Innoc. ſec. 1140. apud Otho. Phriſing. & in fine Concil. Lateran. INNOCENTIVS ſec. in ſententiâ contra Petrum Abailardum & Arnaldum de Brixiâ armigerum ipſius vt ait S. Bernardus. [Nos itaque qui in Cathedrâ ſancti Petri cui à Domino dictum eſt, & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos, communicato fratrum noſtrorum Epiſcoporum Cardinalium Conſilio, vniuerſa ipſius Petri dogmata, ſanctorum Canonum auctoritate cum ſuo auctore damnauimus, eique tanquam hæretico perpetuum ſilentium impoſuimus &c. Ita & ſucceſſor eius Eugenius III. ep. x.

Alex. 3. ep. ad Epiſc. Tuſc. in limine Concil. Later. 3. 1179. ALEXANDER III. ad Epiſcopos Tuſciæ. [Romanæ vrbis Antiſtes, à Domino Ieſu Chriſto: vt Caput eſſet Eccleſiæ, in beato Petro accepit.]

Innoc. tert. 1198. INNOCENTIVS III. ſec. ſerm. de Ss. Petro & Paulo. Petrus ſocium habuit beatiſſimum Pau-

lum, vnde cum ſingulariter præmittitur, duc in « altum: pluraliter ſubditur, & laxate retia in ca- « pturam: quia SOLVS PETRVS tanquam vniuer- « ſalis Princeps Eccleſiæ, in altitudinem ſupremæ « prælationis aſcendit: ſed ipſe cum Paulo retia « prædicationis ad capiendos homines in vrbe la- « xauit. «

Pius ſec. NON DVOS aut plures inſtituit Dominus, qui ſuum locum tanquam CAPITA TENERENT ÆQVALIA: ſed VNVM conſtituit, vt Verticem ac Ducem, & Paſtorem vniuerſi gregis, Simonem PETRVM dicens, Tu es Petrus, " &c. & Paſce oues meas. Quæ nulli alteri ſeorſim " dicta leguntur niſi Petro: vt in Petro vnitas & " ſumma contineretur auctoritas. "

Pius ſec. 1463. in Bullâ retractat. to. 4. Concil. gener.

Gradum hîc ſiſtimus: non quod plurima adhuc recentiorum Pontificum teſtimonia non ſuppetant: ſed quod ſupra modum, tum etiam quia hoc poſterius Pij ſecundi doctiſſimi Pontificis teſtimonium, Eraniſtæ doctrinam *duo Capita æqualia* profitentis penitùs conuellit.

SINGVLARIS PETRI CATHEDRA ſeu Primatus, ex Hiſtoricis ſacris illuſtratur.

CAPVT XI.

NOn prætermittent Hiſtorici & Chronologi Eccleſiæ, B. Paulum in Catalogo Epiſcoporum Romanorum, ſi parem ab initio cum Petro Apoſtolorum Principe ac primo æternæ Vrbis antiſtite in eadem Sede Dignitatem obtinuerit: quod Eraniſta ex faſtis ſuis MSſ. quibus ſola veterum fides deeſt, expromptum nobis confidentiſſimè proponit. Quantum igitur cum priſcis Eccleſiaſticæ rei ſcriptoribus conſentiat, exploremus.

Euſeb. lib. 1. *Chron.* Euſebius libro priori Chron. Νέρων ἐπὶ πᾶσιν ἀδικήμασιν αὐτοῦ, καὶ τὸν πρῶτον κατὰ Χριστιανῶν ἐνεδείξατο διωγμόν, ἐν ᾧ Πέτρος καὶ Παῦλος οἱ θειότατοι Ἀπόστολοι τῷ ὑπὲρ Χριστοῦ μαρτυρήσαντες κατεστέφθησαν ἀγῶνι. Τῆς Ῥωμαίων Ἐκκλησίας α. Ἐπίσκοπος μετὰ Πέτρον τὸν Κορυφαῖον Λῖνος ἔτη ιη. Nero ſuper omnia ſua ſcelera primam etiam contra Chriſtianos perſecutionem facit, in quâ Petrus & Paulus diuiniſſimi Apoſtoli, teſtimonium pro Chriſto exhibentes in eo certamine coronati ſunt. Primus poſt Coryphæum Petrum, Eccleſiæ Romanæ Epiſcopus Linus annis XVIII.] Idem lib. 3. hiſtor. περὶ τ

Euſeb. lib. 3. *hiſt.* 4.

ἀφ' ὅτης τῶν Ἀποστόλων διαδοχῆς. Petro ſoli ſucceſſiſſe Linum memorat, etſi de Paulo ibidem ſermonem habeat. Πρῶτος μετὰ Πέτρον τῆς Ῥωμαίων Ἐκκλησίας Ἐπισκοπὴν κληρωθεὶς Λῖνος.

S. HIERONYMVS in Catalogo ad Dextrum Prætorio præfectum. Simon Petrus filius Ionæ frater Andreæ Apoſtoli & Princeps Apoſtolorum, poſt Epiſcopatum Antiochenſis Eccleſiæ & prædicationem diſperſionis, Romam pergit: ibique viginti quinque annis CATHEDRAM SACERDOTALEM TENVIT.] De Paulo vero nihil aliud, quàm *Romam vinctus mittitur: Romæ pro Chriſto truncatur:* quamuis de Clemente loquens eodem contextu, *Clementis,* inquit, *Romanæ poſteà Eccleſiæ Epiſcopi.* Sophronius eadem quæ Hieronimus cuius librum Græcè reddidit.

SVLPITIVS SEVERVS. Eo tempore diuina apud Vrbem Religio inualuerat, PETRO IBI EPISCOPATVM GERENTE: & Paulo poſteaquam ab iniuſto præſidis iudicio Cæſarem appellauerat, Romam deducto: ad quem audiendum plures conueniebant, qui veritate intellectâ, Virtutibuſque Apoſtolorum, quas tum crebrò ediderant, permoti ad cultum Dei ſeſe conferebant. *Sulpit. Seuer. lib. 2. hiſt.*

II.

HERMIAS SOZOMENVS. De Theodoſij magni edicto mentionem faciens: Ἐθέλων διὰ ταύτης τῆς γραφῆς βούλεσθαι πάντας τοὺς ἀρχομένους θρησκεύειν, ὡς ἐξ ἀρχῆς Ῥωμαίοις παρέδωκε Πέτρος ὁ Κορυφαῖος τῶν Ἀπο- *Sozomen. l. 7. c. 4.*

ἄλλων, ἐφύλαττε δὲ τότε Δάμασος ὁ Ῥώμης Ἐπίσκοπος. *Declarabat eo decreto ſe velle vniuerſos ſubditos eam Religionem amplecti, quam Petrus Apoſtolorum Princeps ab initio Romanis tradidiſſet, quamque Damaſus Romæ Epiſcopus tum temporis conſeruaret.*

Caſſiodor. in Chronic. M. AVRELIVS CASSIODORVS. Claudius v. Cæſar II. & Saturninus. Secundus & Venuſtus. „ His Coſſ. Petrus Apoſtolus Romam mittitur „ vbi Euangelium prædicans xxv. annis eiuſdem „ VRBIS EPISCOPVS perſeuerat. Nero Claudius „ vi. Silanus II. & Antonius II. Marcellinus & „ Auiola. His Coſſ. S. Paulus Romam vinctus à „ Felice præſide deſtinatur. Siluanus & Otho. His „ Coſſ. Romæ S. Petrus & Paulus Apoſtoli trucidati ſunt à Nerone.

Beda lib. de ſex ætatib. 4007. BEDA. Petrus Apoſtolus cùm primus Antiochenam fundaſſet Eccleſiam, Romam pergit „ ibique xxv. annis CATHEDRAM TENET EPIS-4021. COPALEM. Paulus Romam vinctus mittitur & „ biennium in liberâ manet cuſtodiâ. Poſt hæc ad „ prædicandum mittitur. Primus Nero ſuper omnia ſcelera ſua, etiam Chriſtianos perſequitur, „ quorum Eximios Romæ, Petrum cruce, Paulum „ occidit Gladio.

Freculph. to. 2. Chron. l. 1. c. 20. FRECVLPHVS Epiſcopus Lexouienſis. [Ipſis Claudij temporibus Clementia diuinæ prouidentiæ probatiſſimum omnium & MAXIMVM » Apoſtolorum fidei magnificentiâ & Virtutis » merito, PRIMORVM PRINCIPEM PETRVM

ad

ad vrbem Romam, velut aduerſum humani «
generis communem perniciem repugnaturum «
deducit. Ibi prædicans Euangelium xx. & v. an- «
nis, eiuſdem vrbis PONTIFICATVM tenuit.] «
De Pauli Martyrio poſtea, ſed nihil de eius
Pontificatu in Eccleſiâ Catholicâ & Romanâ,
qui reuera Petri ſolius eſt.

III.

LIBER PONTIFICALIS qui à nonnullis Damaſo, ab aliis Anaſtaſio Bibliothecario tribuitur. [B. Petrus Apoſtolus & Princeps Apoſtolorum. Hic Petrus ingreſſus in vrbem Romam ſub Claudio Cæſare ibi ſedit CATHEDRAM EPISCOPATVS annos 24. menſem vnum, dies octo. Hic Martyrio cum Paulo coronatur poſt paſſionem Domini annis 38. «

Lib. de vit. Rom. Pontif in Petro.

LVITPRANDVS Diaconus Ticinenſis [B. Petrus Apoſtolus & Princeps Apoſtolorum, Romam ingreſſus ſecundo Claudij anno in Epiſcopali Cathedrâ ſedit annos 25. Qui vno eodemque tempore & die, videlicet poſt Paſſionem Domini anno 38. vltimo vero anno Neronis 3. Cal. Iul. cum Paulo Martyrium conſummauit. Ordinauit Epiſcopos tres Linum, Cletum, Clementem. «

Luitprand. lib. de Vit. Pont. Rom.

ALBO Floriacenſis [B. Petrus, Princeps Apoſtolorũ primùm tenuit Cathedram Epiſcopatûs in Antiochiâ annis 7. & poſt in vrbe Româ annis 25. Hic ordinauit tres Epiſcopos, Linum «

„ Cletum & Clementem. Linus & Cletus præ-
„ ſentialiter omne miniſterium Sacerdotale in
„ vrbe Româ populo ſuperuenienti exhibue-
„ runt: dum ipſe Petrus orationi & prædicationi
„ vacaret: Clementi verò Cathedram vel Eccle-
„ ſiam omnem diſponendam commiſit. Poſt hęc
„ Martyrio cum Paulo coronatur..

Cedren. in compendi. hiſt. pag. 375. Georgivs Cedrenvs de Gregorio loquens eum Petri vt Apoſtolorum Principis & Romani Pontificis ſedem adeptum celebrat: ἐν τῇ πρεσβυτέρᾳ Ῥώμῃ Γρηγόριος Ἀποστολικὸς ἀνὴρ καὶ Πέ-
„ τρου τοῦ Κορυφαίου σύνθρονος, Gregorius vir Apoſtoli-
„ cus & Petri Coryphæi ſedem tenens.

IV.

Zonaras Annal. to. 2. Zonaras, ὁ Πέτρος ἐπὶ Κλαυδίου πρῶτον ἐπεδήμησε τῇ Ῥώμῃ, τὸ σωτήριον κήρυγμα ἐγκατασπείρων αὐτῇ καὶ τῷ φωτὶ τῆς ἀληθείας καταυγάζων τὰς διανοίας τῶν ἐν αὐτῇ ὡς καὶ πολλοὺς πιστεῦσαι τῶν Ῥωμαίων, καὶ οὕτως ἁλῶναι τῇ διδασκαλίᾳ τοῦ Κορυφαίου τῶν Ἀποστόλων. Νέρων πρῶτος τοῦ κατὰ Χριστιανῶν ἤρξατο διωγμοῦ, καὶ Πέτρον καὶ Παῦλον τοὺς Κο-
„ ρυφαίους τῶν Ἀποστόλων ἀπέκτεινε, μετὰ δὲ Πέτρον, Πρῶ-
„ τος Ἀρχιερεὺς τῆς Ῥώμης ὁ Λῖνος ἐγένετο. Petrus ſub
„ Claudio primùm Romam venit, ſalutarem
„ prædicationem ibidem diſſeminans, & lumine
„ veritatis ciuium eius mentes illuſtrans, ita vt
„ multi Romanorum crederent, & doctrinâ
„ Principis Apoſtolorũ caperentur. Nero primus
„ perſecutioné in Chriſtianos mouit, & Princi-
„ pes Apoſtolorum Petrũ & Paulum occidit. Pri-
„ mus Romæ Pontifex poſt Petrum, fuit Linus.]

Otto Friſing. lib. 3. Chron. c. 15. & 17.

OTTO Epiſcopus Friſingenſis. [Petrus Cathedrâ Romæ ſuſcipiens, ciuitatem Dei viuis ex lapidibus verbo & exemplo cóſtruere ſtudens, nobiliſſimas Orbis vrbes ciuibus Chriſti ac Sacerdotibus illuſtrauit. Nero Apoſtolorum Principes Petrum & Paulum beato coronauit Martyrio. Petro Romæ ſucceſſit Linus.

Niceph. hiſt. Eccl. lib. 2. c. 34. & 35.

Nicephorus Calliſtus de Petro & Paulo narrat ea quæ Apoſtolorum Principem, Vrbiſque Romæ Epiſcopum Petrum non vero Paulum fuiſſe, manifeſtiſſimè prodant. Παῦλος πᾶσαν σχεδὸν τὴν γῆν διελθὼν, καὶ ἐπὶ πέντε καὶ τριάκοντα ὑπὲρ Χριστοῦ εὐαγγελίῳ διαθλεύσας ἐνιαυτοῖς, τελευταῖον ἐπὶ Ῥώμης τὸ δεύτερον γεγονὼς, καὶ τῷ Κορυφαίῳ τῶν Ἀποστόλων Πέτρῳ ἐντετυχηκὼς, ἐκεῖ συνάμα τούτῳ τὸν τῆς ἀφθαρσίας ἀνεδήσατο στέφανον. Πέτρος τὴν Ῥωμαίων Ἐκκλησίαν πρῶτα μὲν Λίνῳ, εἶτ' Ἀνεγκλήτῳ δοὺς διέπειν. τρίτῳ δὲ μετ' αὐτοὺς, πρὸς τέλος ἥκων, τῷ σοφωτάτῳ Κλήμεντι τὰς κλεῖς ἐπιτρέψας μετέβαινε πρὸς θεόν. Κλήμης ὁ ἱερὸς ὑπ' αὐτοῦ Πέτρου, ὡς αὐτὸς φησὶ, χειροτονηθεὶς ἐν τῇ τελευτῇ. ὁ μὲν οὖν δεύτερον μετὰ Πέτρον ἑαυτὸν ἔοικε λέγειν. ἕτεροι δὲ τέταρτον ἀπὸ Πέτρου εἶναι φασίν· ὧν ἐστι καὶ ὁ Παμφίλου Εὐσέβιος. Id eſt. Paulus Vniuerſo penè orbe peragrato, & triginta quinque annis Euangelico certamine pro Chriſto exantlato, quùm poſtremo iterum Romæ eſſet, & in Coryphæum Apoſtolorum Petrum incideret, vna cum illo immortalitatis coronam ſuſcepit. Petrus Romanâ Eccleſiâ primùm Lino, deinde Anacleto

» commiſſâ, & poſt hos tertiò ad mortem vadens
» ſapientiſſimo Clementi clauibus traditis, ad
» Deum migrauit. Sanctus Clemens ab ipſo Pe-
» tro, vt ipſe dicit, ordinatus ſub ipſâ morte, ſe à
» Petro ſecundum dicere videtur: alij autem
» quartum à Petro referunt, in quibus etiam eſt
» Euſebius Pamphili.]

V.

Platina in S. Petro. PLATINA I. [Petrus Romam caput orbis ter-
» rarum venit, quòd hanc ſedem Pontificali di-
» gnitati conuenientem cernebat: Linum & Cle-
» tum Epiſcopos ordinauit, qui Sacerdotale mi-
» niſterium Romano populo & aduenis bene
» ſentientibus exhiberent. Clementem ſtatim
» Epiſcopum conſecrat, eique Cathedram & Ec-
» cleſiam Dei commendat, his verbis: eādem ego
» tibi poteſtatem ligandi & abſoluendi trado,
» quam mihi Chriſtus reliquit.]

Onuphr. in Chronic. ONVPHRIVS Panninius. [Sanctus Simon Pe-
trus Cephas, Ieſu Chriſti diſcipulus atque ab
" eo Princeps Apoſtolorum conſtitutus, primus
" Romanam Eccleſiam fundauit, erexitque, ac
" in eâ Epiſcopus primus ſedit: coadiutores ordi-
" nauit Linum & Cletum: Clementem Veterem
" Eccleſiæ Romanæ Preſbyterum, Epiſcopum
" Romanum deſignatum in ſucceſſorem ſuum,
" per manûs impoſitionem delegit, eique Ca-
" thedram Epiſcopalem, & Romanam Catholi-
" cam Eccleſiam poſt ſe ab eo regendam com-
" mendauit.

Genebrardus in Chronologiâ. [Martyr Petrus Galilæus primus Eccleſiæ Pontifex Hieroſolymis ſedit annis v. quamdiu ferè Chriſto Tiberius ſuperfuit: Antiochiæ annis vi. Romæ denique annis xxiv. Anno ſecundo Claudij, in Vrbem ſedem fixam & immobilem tranſtulit.] *Genebrard. lib. 3. Chron.*

Cæſar Baronius S. R. E. Cardinalis. [Anno à Chriſto nato quadrageſimo quinto, Claudio Auguſto tertium & L. Vitellio Coſſ. decimo quinto Kal. Febr. à Petro Apoſtolorum Principe Romana Eccleſia inſtituitur, ac ſedes in eâ Pontificia erigitur.] Paulo denegat conſortium eiuſdem Sedis & Cathedræ. *Baron. to. 1. Annal. an. Chr. 45.* *An. 41. n. 15*

EX POETIS SACRIS, SINGVLARIS Petri Cathedra ſeu Primatus celebretur.

CAP. XII.

NOn cogitaſſem equidem de hoc genere ſcriptorum, ad rei, tantam ex aliis lucem conſecutæ, præſidium aduocando, niſi præiuiſſet Eraniſta; qui piè delitiatur in quibuſdam metris Hymnographorum pro ſuâ ſententiâ, tametſi ea corruperit vt poſtea oſtendemus, ex ſcribendis. Non ſunt verò ſacri Poetæ temerè à nobis reijciendi, quùm longè à fabuloſo profanorum inſtituto recedant, quibus audendi quidlibet, poteſtas data eſt: nihilque

commentitium Veritati, cuius ſunt Laureati thiaſotæ Vates & præcones, immiſceant. Quandoquidem igitur ſic Eraniſtæ placuit: Age verò, canora illa Eccleſiæ oracula conſulamus: vtrum Paulo Claues Eccleſiæ primas, vtrum dignitatem Verticis, vtrum Romani, ſummique Pontificatûs infulas & Apices Pauló impoſuerint, exploremus. Vni certè Petro hæc omnia tribuiſſe non Paulo, ne compertum faciamus, vereri debet Eraniſta.

Cyrus Prodromus tetraſtich. in Matth.

Prima quidem Petri prærogatiua, quod ſolus proprias Claues à Chriſto acceperit, Egregiè à CYRO Prodromo deſcribitur.

Μακάριος εἶ Πέτρε, συλλαβῶν τόσων
Ὠνούμενος τὴν κλεῖδα τῆς ἄνω πύλης
Τὸ πᾶν τὸ δεσμῶν, καὶ τὸ πᾶν λύων πάλιν.

Beatus es Petre, qui ob ſyllabas tantulas.
Mercatus es ſupernæ ianuæ Clauem:
Vniuerſa ligans, rurſus vniuerſa ſoluens

Iterum.

Αὐτὰρ ὁ Χριστὸν ἔλεξε Θεοῦ παιδὸς υἱέα Πέτρος,
Κλεῖδας ἔνθεν ἔδεκτο, ταὶ οὐρανὸν εὐρὺν ἔχουσιν.

Sed te Dei Patris filium, Chriſtum vocauit Petrus:
Vnde Claues accepit, immenſum cælum tenentes.

Nonnus in Eu. Io. cap. 21.

Alteram vero prærogatiuam Paſcendarum Chriſti Ouium vniuerſarum, NONNVS exprimit in Paraphraſi Euangelij Ioannis.

Κί ζαθέοις ϛομάτεσσιν ἄναξ ἐπετέλλετο Πέτρῳ,
Ἡμετέρων ποίμαινε νοήμονα πώεα μήλων,
Οὐρανίῃ ποίμαινε καλαύροπι μῆλα καὶ ἄρνας.

Et ore diuino Rex Petro iubebat,
Paſce noſtrarũ ouium ratione præditos greges,
Paſce cœleſti Virgâ Oues & Agnos.

AVRELIVS Prudentius, Hâc Cathedræ, Poteſtatis, Clauium propriarum notâ etiam Petrum Paulo diſtinxit de Roma canens. *Prudent. in hymno S. Laurentij.*

Hîc nempe iam regnant duo
Apoſtolorum Principes.
Alter Vocator Gentium
Alter CATHEDRAM poßidens
PRIMAM, recludit creditas
Æternitatis ianuas.

Antea IVVENCVS Hiſpanus Preſbyter, qui, vt ait S. Hieronymus, non pertimuit Euangelij maieſtatem ſub leges metri mittere: vtramque Petri prærogatiuam ita complexus fuerat, Chriſtum loquentem inducens. *S. Hieron. ep. ad Magnum.* *Lib. 3. hiſt. Eu.*

Tu nomen Petri dignâ virtute tueris
Hac in mole mihi, ſaxique in robore ponam
Semper manſuras æternis mœnibus ædes.
Cœleſtiſque tibi Claues permittere Regni
Eſt animus, &c.

In hiſtor. Act. Apoſt. lib. 1. ARATOR Subdiaconus R. E.

Primus Apoſtolico, paruâ de puppe vocatus
Agmine Petrus erat, cuius quæ geſſerat hamum
Ad Clauem Tranſlata manus: cui tradidit agnos
Quas paſſus ſaluauit oues, totũque per orbem
Hoc auget Paſtore Gregem, quo munere SVMMVS
Surgit.

Lib. 2. Rurſus.

Ferrea quid mirum ſi cedunt oſtia Petro
Quem Deus ætheræ cuſtodem deputat aulæ?
Eccleſiæque ſuæ faciens ſuperare CACVMEN
Infernum ſuperare iubet?

Quod ſi comparationem cum Paulo exigas,

---quæ gloria rerum
Ibid. *Contulit, vt Petro PAVLVM gerat ordo SECVNDVM,*
Qui fundamentis manet Architectus in illis.

VENANTIVS FORTVNATVS Epiſcopus Pictauienſis eoſdem Apoſtolos inter ſe conferens Petro Clauem & celſiorem gradum concedit, carmine in eorum reliquias Nannetenſes.

Cælorum

Cœlorum portæ, lati duo lumina mundi,
Ore tonat Paulus, fulgurat arce Petrus.
Inter Apoſtolicas radianti luce coronas
Doctior hic monitis, CELSIOR ILLE GRADV.

Et lib. IX. ad Chilpericum Regem.

Excellit cum claue Petrus, cum dogmate Paulus,

Adduci poſſet Tzetzes Poëta Græcus Chiliade XIII. τῶν Ἀποςόλων ἡ κρηπὶς ὁ κορυφαῖος Πέτρος, aliique permulti latinorum: ſed recentiores Fortunato, qui ſæculo ſexto floruit, ſubijcere, nec otij nec conſilij noſtri eſt. Ad maiora properamus. *Tzetzes Chil. 13. n. 461.*

Ex hoc multiplici Scriptorum Orthodoxorum genere, perpetua ſibique, vt & veritati conſtans doctrina Eccleſiæ colligitur, de Petri CATHEDRA SINGVLARI, vt vocat S. Cyprianus: De vno Petro Eccleſiæ poſt Chriſtum Capite: de Pauli ſecundo poſt Petrum loco, ordine, conſeſſu, dignitate, Poteſtate.

EX NVLLIS SCRIPTORIBVS NISI *Heterodoxis hauriri potuiſſe ſententiam illam de Pauli cum Petro paritate, in Cathedra & Primatu Eccleſiæ Catholicæ Apoſtolicæ & Romanæ.*

CAPVT XIII.

ECquid enim aliud ſentire ac pronuntiare poſſumus, poſt integram illam ac lucu-lentam Scriptorum Eccleſiaſticorum de ſingulari Petri Cathedrâ, eiuſque ſupra Paulum eminenti Gradu & Poteſtate conſenſionem? Vnde temerariam illam ac cæcam ſententiam haurire potuit Eraniſta, niſi ex turbidis & cœnoſis Hæreticæ colluuiei ciſternis pridem diſſipatis? Quis vnquam Orthodoxus aſſeruit Paulum fuiſſe Caput Eccleſiæ Vniuerſalis? Paulum fuiſſe primum Eccleſiæ Catholicæ & Romanæ Epiſcopum? Paulum dignitate & poteſtate fuiſſe Petro, *Apoſtolorum hoc eſt Principum Principi*, vt loquitur Alcimus Auitus, in omnibus parem, æqualem? Nemo dixit Orthodoxus. Hæretici verò & Schiſmatici non ſemel id de omnibus Apoſtolis, nec tantùm de Paulo dixerunt.

Auitus in fragm. edit. Sirmundi.

Marſilius Patauinus, Vviclefus, Huſſius, Lutherus, Caluinus, Bucerus, Illyricus Bren-

Luther. art. 25.

tius, Beza, Iunius & alij, omnes Apoſtolos, quaſi ſortes diuinæ ab iis penderent, pares fecerunt: atque inter cætera argumenta, ea quibus Paulum Petro gradu non ceſſiſſe videri poſſet, certatim obtruſerunt. At nominatim illam Pauli cum Petro æqualitatem nulli pluribus verbis, nulli acriori ſtudio & contentione firmare conati ſunt, quam Ioannes Rainoldus Anglus, & M. Antonius de Dominis, Ex-Archiepiſcopus Spalatenſis; ex quo præſertim, Eraniſtam omnia ſua Epicheremata mutuatum eſſe, eaque Gallicani ſolùm idiomatis venuſtate fucauiſſe vt intelligatur; annoſam illam Vulpem è foueâ ſuâ libet educere: cuius poſtea rictûs comprimemus. *Rainold. in Colloquio Oxoniæ an. 1610.*

II.

M. ANTONIVS DE DOMINIS, in opere de Republicâ Eccleſiaſticâ. [Huic Paulinæ reprehenſioni ſubnecto etiam : Tum quod idem Paulus cùm inſigniores Apoſtolos nominat, Petrum aliis poſtponat: vt vbi primo loco ponit Iacobum, poſt illum Cepham & deinde Ioannem: de quibus tribus & non de Petro ſolo dicit, qui videbantur Columnæ eſſe. Iacobo igitur & Ioanni Petrum exæquat. Tum quod Iacobus, Cephas & Ioannes dextras dederint Societatis ipſi Paulo & Barnabæ: vt hi in gentes, ipſi verò in circumciſionem ferrent Euangelium. Iſtæ dextræ Societatis, Petri *Lib. 1. ca. 11. nn. 24. Gal. 2.* A. de Dominis. *Gal. 2.*

A. de Dominis. ſummum imperium non admittunt. Tùm demùm quùm Paulus dicat (*nihil minus fui ab iis* 2. Cor. 11. *qui ſunt ſupra modum Apoſtoli.*) Quæ verba maximum faciunt Primatui magno Petri præiudicium.

Nunc verò ex comparatione Petri cum Paulo, videmus an in ſolo Petro Patres agnouerint poſitum Eccleſiæ Principatum. At ſanè ſi Io. 21. Petro dicitur, Paſce oues meas: vnde ei Eccleſiæ totius cura commiſſa intelligatur: Paulus ipſemet fatetur ſe premi curâ & ſollicitudine 2. Cor. 11. omnium Eccleſiarum. Præſtat tamen in his comparationibus Patres audire: Irenæus. Ip- Iren. l. 3. c. 3. ſius, inquit, Dei Petrus erat Apoſtolus cuius & Paulus. Vbi Petrum reducit ad paritatem cum Paulo: diſputat enim contra illos qui ſolum Paulum dicebãt ex Apoſtolis veritatem cognouiſſe. Non tamen eum præfert Paulo. Auctor Conſtit. Ap. l. 7. c. 1. Conſtitutionum Apoſtolicarum Apoſtolos omnes inducit, Petrum non Principis, ſupremique ſupra ipſos Monarchæ, ſed Coapoſtoli duntaxat nomine inſignientes: Aiunt enim: Ananias & Saphira Petri Coapoſtoli noſtri ſententiâ, morte ſunt affecti. Similiter & Gelaſius modò adductus, Paulum vocat Coapoſtolum Petri: & in Collectâ Eccleſiæ eodem modo Petrum & Coapoſtolum eius paulum. Et Colle- 2. de Bapt. cont. Don. c. 4. gam petri facit paulum Auguſtinus, & æquè principes Apoſtolorum vocantur non ſemel à

Ioanne papa VIII. & Nicolao I. Nam & Augu- Anton. de Dominis.
ſtinus de Paulo loquens ait: Verum etiam in ip- *Io. Pap. ep.*
ſo quoque Euangelio, vbi & tanti Apoſtolatûs 45. 55. 57.
meruit principatum &c. Monarchia tamen Pe- *Nicol. ep. 7.*
tri non deberet ferre vt Paulus etiam Apoſtolo- *Aug. 2. de pecc. mer. c. 3*
rum vocetur Princeps, & dicatur gerere Apo- "
ſtolatûs principatum. Rurſus Auguſtinus de *Idem in Pſ. 130.*
Paulo ſic: Paulus Apoſtolus quamuis ex perſe- "
cutore factus ſit prædicator, abundantiorem "
gratiam conſecutus eſt in omni labore Apoſto- "
lico quàm cæteri Apoſtoli.] Et tamen par fuiſ- "
ſet, Petrum, ſi totius erat princeps Eccleſiæ, *Lib. 1. cont.*
abundantiore ſupra omnes gratiâ donari. Ori- *Celſ.*
genes Paulum vocat fundatorem Eccleſiarum "
poſt Chriſtum præcipuum. Nazianzenus verò *Naz. in Apolog.*
Petrum & Paulum ait Verbi & ſapientiæ guber- "
nationis gratiam à Chriſto percipere meruiſſe: "
& numerans eos qui populis præfuerunt, in "
Teſtamento nouo ponit primùm Ioannem Ba- "
ptiſtam: proximè verò duodecim Apoſtolos. "
Cyrillus Hieroſolymit. Errorem autem, inquit, *Catech. 9.*
Simonis Magi latiùs ſe proferentem coargue- "
runt duo boni viri huc perlati, Petrus & Paulus "
Eccleſiæ præfecti. Ambroſius verò etſi Paulum *Amb. l. 2. de Spirit. S.*
non faciat in gratiâ Petro ſuperiorem, vt facit "
Auguſtinus, eum nihilominus parem facit. Vna "
enim, inquit, gratiâ fulgebat in his quos ſpiri- "
tus vnus elegerat: nec Paulus inferior Petro, "
quamuis ille Eccleſiæ fundamentum, & hic ſa- "

A. de Dominis. piens Architectus, ſciens veſtigia credentium fundare populorum: nec Paulus indignus
" Apoſtolorum collegio, cum primo quoque facilè conferendus, & nulli ſecundus. Nam qui
» ſe imparem neſcit, facit æqualem.] Quid clarius? neque mihi hîc quiſquam æqualitatem in
» alio, & non in auctoritate regiminis ponat, exilibus adhibitis de more diſtinctiunculis. Si enim
» Ambroſius agnoſcebat Petri ſummum Primatum, cur nos decipit: & hîc Paulum ei prorſus
» exæquans, non monet æqualem quidem Petro
» Paulum fuiſſe in alio, non tamen in auctoritate regiminis. Dum tamen Ambroſius & cæteri
» primi patres ſæpiſſimè æqualitatem hanc ponunt inter alios Apoſtolos cum Petro, & nunquam
» diſtinguunt in Petro hanc ipſius ſummam auctoritatem à reliquis rebus, in quibus
» toties ponunt paritatem: planum eſt eos veram
» & perfectam intellexiſſe in ſubſtantialibus
» Apoſtolatûs æqualitatem. Vnde & rurſus Ambroſius: Beati Petrus & Paulus, inquit, emi- *Ser. 66.*
" nent inter Vniuerſos Apoſtolos, & peculiari
" quadam prærogatiuâ præcellunt. Verum inter
" ipſos quis cui præponatur, incertum eſt. Puto
" enim illos æquales eſſe meritis qui æquales ſunt
" paſſione.] Leo etiam ſic loquitur de Petro & Paulo: Quos gratia Dei in tantum apicem, inter omnia Eccleſiæ membra prouexit, vt eos in *S. Leo. ſer. 1. Natal. P. & P.*
" corpore, cui caput eſt Chriſtus, quaſi gemi-

num conſtitueret lumen oculorum.] Vbi nam caput illud Viſibile? ſi membrum tantummodò eſt Petrus ex æquo cum Paulo, nempe oculus in Eccleſiâ, Caput non erit.

A. de Dominis.

Extollitur Petrus quod interdum, à Chryſoſtomo præſertim, vocetur os Apoſtolorum: extollitur etiam Paulus, qui ab Ambroſio dicitur os Chriſti. Rurſum extollitur Petrus quod dicatur fundamentum & ſtabilimentum Eccleſiæ: extollitur etiam Paulus ab Ambroſio, dum Pauli vocationem Eccleſiæ firmitudinem eſſe dicit. Extollitur Petrus quod Chriſtum plus dilexerit quàm cæteri decem: extollitur etiam in hoc Paulus vel ipſum Petrum ſuperaſſe: de eo enim ait Chryſoſtomus, Paulus Chriſtum dilexit adeo vt nemo vehementiùs.] Extollitur Petrus quòd fuerit Petra & firmamentum Eccleſię: extollitur etiam in hoc Paulus ab eodem Chryſoſtomo dum dicitur Columna Eccleſiæ, Petrâ, ferro, & adamante firmior. Vocatur Petrus à Chryſoſtomo Coryphæus Apoſtolorum: eodem titulo ab eodem inſignitur & Paulus. Petro dicitur Eccleſia commiſſa: Paulum verò ait idem Chryſoſtomus electum à Deo, cui res orbis, myſteria cuncta, vniuerſamque diſpenſationem concederet. Quid vero amplius ſentiat de Paulo in comparatione Pétri idem Chryſoſtomus, audiamus. Quemadmodum igitur, inquit, præputij nomine deſignat gen-

Amb. 2. de Pen. c. 7.

L. de Iſaac. c. 4.

Chryſö. 3. de Sacerd.

Ho. 2. ad Ro. & 29.

Ho. 18. ad Ro.

Ho. vlt. ad Ro.

In Epiſt. ad Gal. c. 2.

" tes, ita & Circumciſionis nomine, Iudæos:
" jamque ſe cæteris honore parem oſtendit, nec
" ſe reliquis illis, ſed ipſi ſummo comparat: de-
" clarans quod horum vnuſquiſque parem ſorti-
" tus ſit dignitatem. Qui verum Eccleſiæ Princi-
" pem deſcriptum cupit legere, legat eumdem
" Chryſoſtomum de Paulo variis locis ſcriben-
" tem. ho. 12. & 25. in 2. Cor. ho. 2. & 29. ad
" Ro. ho. 2. ad Tit. ho. 11. in Gen. ho. 1. & 8. de
" laudib. Pauli. Hom. 25. in 2. ad Cor. vbi eadem
" munera quæ maximè inſignia Petro vidimus
" concredita, ex quibus primatum eius eliciebant
" Monarchici, Paulum etiam non minori, imo
" fortaſſe MAIORI PRIMATV obiiſſe comme-
" morat. Si Petrus circumibat Eccleſias, eas viſi-
" tando: idem Paulum præſtitiſſe ait Chryſoſto-
" mus, & Scriptura docet Act. 15. Si Petrus di-
" ctus eſt gubernator totius Eccleſiæ: Paulus
" etiam à Chryſoſtomo dictus eſt totius orbis gu-
" bernator. Si Petri nauis dicitur Eccleſia, in hac
" naui ponit in puppi Paulum Chryſoſtomus gu-
" bernatorem. Si Petro iniunctum eſt vt fratres
" confirmaret, confirmabat & Paulus.]

Hæc Marcus Antonius de Dominis, pro aſſerendâ Pauli cum Petro æqualitate, in Primatu & regimine Eccleſiæ Catholicę: quæ libro ſequenti diſcutienda ſunt. Quoad Romanam vero Eccleſiam attinet, quatenus Romana eſt, ſequentia ex eiuſdem libro IV. ſic habent.

III.

III.

M. ANTONIVS DE DOMINIS. lib. IV. de Rep. Eccleſ. Cap. I. [Quamdiu Petrus Antiochiæ prædicauit, ſi tamen ibi prædicauit, fuit Antiochenus Epiſcopus: & quamdiu Romæ Euangelizauit, fuit actu Romanus Epiſcopus. Propterea etiam PAVLVS quamdiu Romæ prædicauit, fuit & ipſe EPISCOPVS ROMANVS nihil minùs quàm Petrus: quia vterque erat æquè plenè Apoſtolus, & conſequenter æquè plenè Epiſcopus. Et ſi vterque Romæ reſidebat: & Romę vterq; Martyr effectus eſt, vterq; procul dubio æquè dicetur Cathedrá Epiſcopalem Romæ habuiſſe. Paulò poſt. Si itaque fundatio Romanæ Eccleſiæ ſpectetur, eam aut magis, aut non minus Paulo quam Petro deberi affirmamus: Par enim fuit vt ciuitas, quæ erat caput Gentium primùm inſtitueretur. Et de Paulo habemus quàm anxius fuerit de Romanorum conuerſione. Audi. His autem expletis propoſuit Paulus in ſpiritu, tranſitâ Macedoniâ & Achaiâ, ire Hieroſolymam, dicens: Quoniá poſtquam fuero ibi, oportet me & Romam videre.] Cur vero tam ſollicitus eſt de videndâ Româ ſi iam Romæ erat Petrus, vt noſtri volunt? Et certa illa eſt reuelatio Chriſti, *conſtans eſto; ſicut enim teſtificatus es de me in Hieruſalem, ſic te oportet & Romæ teſtificari.* Quod & præſtitit Iudæis, ac gentibus Romæ

Num. 1.

Act. 19.

Act. 23.

Act. vlt.

„ Euangelizans. De Petro nihil Scriptura dicit „ quod ſpectet ad Romanorum conuerſionem. „ Et tamen diligentiſſimè de ipſo loquuntur & „ Euangelia & Acta Apoſtolorum. At verò Pau-
Ro. 1. lus ſcribens ad Romanos, ſic ait: Græcis ac bar- » baris, ſapientibus & inſipientibus debitor ſum: » ita quod in me promptum eſt & vobis qui Ro-
Ro. 15. mæ eſtis, euangelizare: vt veniam ad vos in » gaudio per voluntatem Dei, vt refrigerer vobiſ- » cum. Et certè fidem Romanorum ac Euange-
Ro. 16. » lium à Paulo accepta eſſe, ipſemet teſtatur di- » cens: Ei autem qui potens eſt confirmare, iuxta » Euangelium meum & prædicationem Ieſu » Chriſti, ſecundum reuelationem myſterij, &c. » Non quod ipſe perſonaliter id tunc iam præſti- » terit, quando hęc ſcribebat: ſed quia id per » ſuos diſcipulos primùm præſtiterit: nam & no- » uit multos de nomine & eos ſalutat, præſertim
Ro. vlt. » Priſcam & Aquilam: quos adiutores ſuos in » Chriſto Ieſu vocat. Et Andronicum & Iuniam » ſalutat cognatos ſuos & nobiles in Apoſtolis. » Et pręſtiturus erat vt perficeret quod per diſci- » pulos inchoauerat. Scribens verò poſtea ſecun- » dam ad Timotheum Epiſtolam, vt videtur
2. *Tim.* 4. » Româ, ſic loquitur: In primâ meâ defenſione „ nemo mihi affuit, ſed omnes me dereliquerunt: „ non illis imputetur: Dominus autem mihi aſti- „ tit & confortauit me, vt per me prædicatio „ compleatur: & audiant omnes gentes, & libe-

ratus ſum de ore leonis.] Vbi ſecundum Chry- «
ſoſtomum & alios per leonem intelligit Ne- «
ronem à quo tantiſper liberatus, Romanæ Ec- «
cleſiæ fundandæ egregiam nauauit operam. Et «
hæc eſt, illa prædicatio: vt audiant, inquit, om- «
nes gentes. Quia cum Roma eſſet caput om- «
nium gentium, inde facilè fides in omnes gen- «
tes erat penetratura. Vnde Ambroſius de Pau- «
lo ait hæc: ſcribit Romanis, hi enim ſunt ca- *Ambr. in proem. ad Ro.*
put omnium Gentium.] Et poſtea idem Am-
broſius: Præterea, inquit: maius gaudium eſt, «
ſi potentes mundi conuertantur ad Deum, &c. «

Irenęus conuerſionem Romanorum ęquè *Iren. l.3.c.1. & apud Euſeb. l.5.c.6.*
Paulo ac Petro tribuit. Ait enim. Ita Matthęus
in Hebręis ipſorum linguâ Scripturam edidit «
Euangelij, cum Petrus & Paulus Romæ euan- «
gelizarent, & fundarent Eccleſiam.] Item: Ma- «
ximę & antiquiſſimę & omnibus cognitę, à «
glorioſiſſimis duobus Apoſtolis Petro & Pau- *Iren. l.3.c.3*
lo Romę fundatę & conſtitutæ Eccleſiæ.] Cu- «
ius vir Eccleſiaſticus, qui tempore Zepherini *Apud Euſ. l.2.c.24.*
Papæ vixit: Ego, inquit, Apoſtolorum trophęa «
perſpicuè poſſum oſtendere: nam ſi lubet in «
Vaticanum proficiſci vbi eſt Petri ſepulcrum: «
aut in viam quæ Oſtienſis dicitur, vbi eſt ſepul- «
crum Pauli, te conferre: trophæa eorum, qui «
iſtam Eccleſiam ſermone & virtute ſtabilie- «
runt, inuenies.] Et Dionyſius Corinthiorum *Euſeb. ib.*
Epiſcopus ſic ad Romanos ſcribit: Petrum & «

" Paulum qui Romanos & Corinthios primùm
" in Eccleſiam Chriſti inſeruerunt, prudenti qua-
" dam admonitione impulſi, in ſuum locum con-
" cluſiſtis. Nam ambo, cum & noſtram Corinthi
" & veſtram Romę Eccleſiam fundaſſent, & eiuſ-
" dem doctrinę pręceptis tum noſtros animos
" tum veſtros imbuiſſent, eodem tempore pari-
Luc. ep. vn. ter Martyrium ſubierunt.] Lucius Papa. Hęc
" ſancta, inquit, & Apoſtolica mater omnium
" Eccleſiarum Chriſti Eccleſia, quę per Dei om-
" nipotentis gratiam à tramite Apoſtolicę tradi-
" tionis nunquam erraſſe probatur, nec hęreti-
" cis nouitatibus deprauata ſuccubuit: ſed vt in
" exordio normam fidei Apoſtolicæ percepit, ab
" Autoribus ſuis Apoſtolorum Chriſti Principi-
Tert. l. 4. in Marc. bus, illibata ſine tenus, manet.] Tertullianus
& ipſe Paulum in fundatione Rom. Eccleſiæ
" Petro adiungens, Videamus, inquit, quod lac
" à Paulo Corinthij hauſerint: ad quam Regu-
" lam Galatæ ſint recorrecti: quid legant Philip-
" penſes, Theſſalonicenſes, Epheſij: quid etiam
" Romani de proximo ſonent: quibus Euange-
" lium & Petrus & Paulus ſanguine quoque ſuo
Id. de præſcr. " ſignatum reliquerunt.] Idem Tertullianus de
Romanâ Eccleſiâ hæc protulit: Felix Eccleſia
" cui totam doctrinam Apoſtoli cum ſanguine
" ſuo profuderunt: vbi Petrus paſſioni Domini-
" cæ adæquatur: vbi Paulus Ioannis exitu coro-
" natur: vbi Ioannes, poſtquam in oleum igneum

demerſus nihil paſſus eſt, in inſulam relegatur.] „
A tribus ergo magnis Apoſtolis Romanam Ec- „
cleſiam fundatam eſſe miratur Tertullianus. „
Cyrillus Hieroſolymitanus. Eodem Spiritu *Cyrill. Catech.* 17.
ſancto, inquit, repletus erat Paulus, poſtquam
vocatus eſt à Domino, qui ab Hieroſolymis "
vſque ad Illyricum diſſeminauit Euangelium: "
Regiam quoque Romam inſtruebat: & in Hiſ- "
paniam vſque promptitudinem prædicationis "
extendit.] Chryſoſtomus: cumque vinctus, in- " *Chryſo. laud. Paul. ho.* 7.
quit, per tam vaſtum Pelagus duceretur Pau-
lus, ita tamen gaudebat, tanquam in maxi- „
mum duceretur imperium. Etenim nō paruum „
illi pręmium Vrbis Romæ conuerſio propone- „
batur. Neſcio tamen cur idem Chryſoſtomus *Ho. 2. ad Ro.*
Petrum Romæ prędicaſſe aſſerat tunc quando
ad Romanos Paulus ſcribebat: ſi enim conuer- "
ſio Romæ Paulū expectabat, Petrus certè inibi "
eſſe non poterat. Secutus itaque eſt Chryſo- "
ſtomus vulgarem opinionem: ſi enim rem ex- "
cutere voluiſſet, aliud certè inueniſſet. Grego- *Lib. 7. ep.* 24.
rius ſeptimus dum excommunicat Henricum,
Beatos Apoſtolos Petrum & Paulum allo- "
quens, ait: Valdè inuitus cum multo dolore "
& gemitu ac planctu in throno veſtro valdè in- "
dignus ſum collocatus. Et Bernardus ſucceſſo- "
rem Pauli & hęredem Petri vocat Eugenium. *Ep.* 137.
Innocentius etiam III. Paulum agnoſcit ęquè "
cum Petro Romanę Eccleſię fundatorem: ait "
M iij

A.de Dominis. enim: licet autem eiuſmodi falſitas aliquamdiù poſſit cum operibus tenebrarum abſcondi: » tamen quia per eam beatis Apoſtolis ſpecialiter » infertur iniuria ille, à quo in perſona eorum Ec- » cleſia Romana auctoritatem ſuper Eccleſias » vniuerſas accipit, vnde & Bulla noſtra per » quam totius negotia Chriſtianitatis aguntur, » Capitum ipſorum Charactere pręſignatur; per- » niciem tanti ſceleris non patitur in tantum prę- » iudicium diuinitùs occultari.] Hiſpanię à Petro » & Paulo Apoſtolis primos ad ſe Romà miſſos » ſeptem Apoſtolos gloriantur.

» Addamus teſtimonium ex impio auctore, vt » melius adhuc appareat Romanorum conuer- *Lucian. in Philopatr.* ſionem Paulo maximè acceptam fieri. Triecho enim quidam Chriſtianus Romæ agens dum » Critiam inſtituit, & Catechumenum facit, hęc » inter alia de ſe, & aliis Chriſtianis Romanis re- » fert: Quando autem me Galilæus ille conuenit, » recaluaſter, naſo aquilo, qui in tertium vſque » cœlum per aërem ingreſſus eſt, quæ optima & » pulcherrima ſunt inde didicit: per aquam nos » renouauit: in beatorum veſtigia inſiſtere nos » fecit, & ex impiorum regionibus nos reduxit.] » Quis non videt hîc Paulum deſcribi? fatetur id » Baronius.

» Propterea igitur paſſim reſolutio Romano- » rum Pontificum ad ſuum Principium, termi- » natur tandem ad Petrum & Paulum ſimul. Audi

Irenæum. Fundantes igitur & inſtituentes beati Apoſtoli Eccleſiam, Lino Principatum adminiſtrandæ Eccleſiæ tradiderunt: ſuccedit Anacletus: poſt eum Clemens, &c. Idem quoque dicit Hyginum, Romę nouum locum Epiſcopatûs, per ſucceſſionem ab Apoſtolis habuiſſe. Epiphanius verò: Romæ, inquit, fuerunt primi Petrus & Paulus, Apoſtoli ijdem & Epiſcopi: deinde Linus, deinde Cletus, deinde Clemens, &c. Et Euſebius Alexander, inquit, quintus ſucceſſione à Petro & Paulo ductâ ſucceſſionem obtinet.] Quid verò quod primi Epiſcopi. Poſt Apoſtolos Romæ, Linus & Clemens, fuit vterque Diſcipulus Pauli? Nonne hoc indicat plus Paulum quam Petrum Romanam fundaſſe Eccleſiam?

S. Iren. l. 3. c. 3. *Lib. 1. c. 10.* *Epiphan. in hær. 27.* *Euſeb l. 4. c. 1.* *Phil. 4. 2. Tim 4. idem l. 1. c. 4.*

Hinc etiam eſt quod plurimi Romani Epiſcopi, ſe auctoritatem accepiſſe ab Apoſtolorum Principibus Petro & Paulo, & eorumdem auctoritate ſe multa agere ſæpe teſtantur. Hodieque auctoritate B. Apoſtolorum Petri & Pauli fiunt abſolutiones & interminationes: Imò non minùs etiam Pauli Vicarij dicuntur Romani Pontifices: vt in quadam Synodo ſub Ioanne VIII. ibi enim Epiſcopi illius Synodi ita loquuntur ad Carolum ſecundum Imperatorem: Iam quia diuina Pietas vos Beatorum Principum Apoſtolorum Petri & Pauli interuentione, per Vicarium ipſorum, Dominum

Apud Baron. to. 10. 876. n. 16.

videlicet Ioannem, ſummum Pontificem &
" Vniuerſalem Papam, ſpecialemque Patrem
" noſtrum ad perfectum ſanctæ Dei Eccleſiæ, no-
" ſtrorumque omnium inuitauit, &c.] Luit-
" prandus etiam Epiſcopus Cremonenſis in ſuâ
" Legationis relatione hæc habet; ſanè quic-
" quid in Italiâ, ſed in Saxoniâ, Bauariâ, omni-
" buſque Domini mei regnis eſt, quod ad Beato-
" rum Apoſtolorum Eccleſiam reſpicit, ſanctiſ-
" ſimorum Apoſtolorum Vicario contulit.]
" Quinimò adhuc Romæ in plumbeo ſigillo,
" Paulus Petro ad dextram collocatur. Et in alta-
" ri S. Petri in Miſſis ſolemnibus Papalibus, ſta-
" tuæ tredecim Apoſtolorum ita diſponuntur,
" [vt ad dexteram Crucis, quæ eſt in medio, pri-
" mus ſit Paulus & primus poſt Crucem thurifice-
" tur (niſi ſuper hoc etiam ſit immutatum; à ſini-
" ſtris verò eiuſdem crucis ponitur Petrus, & ſta-
" tim poſt Paulum thurificatur. Et nunquam fit
" officium de altero quin alterius quoque fiat
" commemoratio.
" Reliquo capite multis inſudat Antonius de Dominis, vt probet Paulum prius veniſſe Romam, ibique Eccleſiam fundaſſe, quam Petrus eodem venerit.

IV.

[1] Hoc igitur de lacu infecto atque corrupto hauſit Eraniſta, qui conſultiùs profectò atque tutiùs ſinceros Orthodoxorum Doctorum fontes,

fontes, quîs labia puero admouerat, non præterire potuiſſet. Deſertoris illius Cataſcopi potius quam Epiſcopi, necnon infelicis ipſius in hac materiâ Diſcipuli Eraniſtæ argumenta partim falſa, partim captioſa: vniuerſim autem fluxâ & inania coarguet liber ſequens.

Interim vtriuſque Doctrinæ euertendæ ſufficere poteſt Cenſura Theologicæ Facultatis Pariſienſis Anno Domini M. DC. XVII. in Opus M. Antonij de Dominis Epiſcopi Spalatenſis: Atque nominatim in hos Articulos, ſeu Propoſitiones ſequentes.

V.

PROPOSITIO M. ANTONII DE DOMINIS Lib. 1. de Rep. Eccl. cap. 3. num. 18.

Diſparitas Poteſtatis inter Apoſtolos eſt humanum inuentum, in ſacris Euangelijs & diuinis noui Teſtamenti Scripturis minimè ſubſiſtens.

CENSVRA FACVLTATIS Pariſienſis.

HÆc propoſitio eſt Hæretica & Schiſmatica de Iuriſdictione Apoſtolicâ ordinariâ, quæ in ſolo ſancto Petro ſubſiſtebat, intellecta.

ALTERA PROPOSITIO ANTONII DE DOMINIS.

Lib. 4. Cap. 6.

Petrus non habuit quicquam peculiare, in quo ei dari debeat magis quam cæteris ſimul omnibus ſucceſsio.

CENSVRA FACVLTATIS.

HÆc Propoſitio eſt Hæretica, Schiſmatica, & Hierarchici ordinis perturbatiua.

TERTIA PROPOSITIO ANTONII DE DOMINIS.

Lib. 4. Cap. 19.

Abſolutè nego Romanum Pontificem eſſe Petri peculiarem quocumque iure ſucceſſorem. Ex iure enim diuino colligimus Romanum Pontificem non poſſe nulla ratione peculiari Petro ſuccedere.

CENSVRA FACVLTATIS.

HÆc Propoſitio eſt Hæretica, Schiſmatica & Romano Pontifici contumelioſa.

Poſteriores Cenſuræ prioris veritati innituntur, in quâ ſacra Facultas ſtatuit ac definijt, *Iuriſdictionem Apoſtolicam Ordinariam in* SOLO PETRO *ſubſtitiſſe.* Οἴχετ' ἐλεγχίσης.

Finis Libri Primi.

BIBLIOTHÈQUE DE LA VILLE · LYON · 1896

339599

ISAACI HABERTI
PARISINI
ECCLESIÆ PARISIENSIS PRESBYTERI CANONICI AC THEOLOGI, DOCTORIS Sorbonici.

DE CATHEDRA SEV PRIMATV ſingulari S. Petri.

IN ECCLESIA CATHOLICA Apoſtolica & Romana.

BIBLIOTHÈQUE DE LA VILLE LYON

LIBER SECVNDVS.

CAPVT I.

PRouectum eſt eò vſque negotium, vt à nobis expectari meritò debeat oppugnatio ac euerſio argumentorum, quibus Antonius de Dominis, Eraniſta inquam, Veritatem laceſſiuit. Arma enim illius, quibus hic ſeſe parum gnauiter contexit, me fefellerunt. Illi quidem hæreſiarchæ murum æneum pro cæteris Pontificiæ auctoritatis vindiciis ſeſe quondam oppoſuit Nicolaus Coffe-

tæus Doctor Pariſienſis, N. Maſſilienſis Epiſcopus vir Doctrinæ elocutionis, ac induſtriæ ſingularis: pauca verò admodum de præſenti quæſtione, circa Pauli cum Petro æqualitatem diſſeruit: ita vt ad omnia potiùs accuratim, quam ad ſingula eiuſdem argumenta tam ratione quam auctoritate conſtantia, retulerit. Nimirum ea partim indignatione diſpellenda, partim contemptu abijcienda rectè iudicauit. Verùm quoniam ſpolia eiuſmodi diſiecta ſibi colligenda ratus Eraniſtes, ea recudere, expolire, ſibique aptare auſus eſt: quin etiam nouâ quadam arte robur iiſdem adijcere tentauit: quamprimùm ipſi detracta fuerint, penitus confringi & in puluerem redigi neceſſe eſt. Ar-
2. Cor. 10. ma enim militiæ noſtræ ſunt potentia Deo, vt ait diuinus Apoſtolus, ad deſtructionem munitionum, & omnem altitudinem extollentem ſe aduerſus ſcientiam Dei. Deus adiuua & perfice.

II.

Ordinem deſeruit Eraniſtes: idcirco nihil niſi perturbatè diſſerit. Omnia tamen eius argumenta, ſi modò eius ſunt, ad certas claſſes reducemus, nec vllum ex iis intactum effugere patiemur. Initium pugnæ ducit ab auctoritate Bellarmini, aliiſque vmbratilis Scholæ ſcriptis; quò ſcilicet illum rapit immenſus & præceps aduerſus Societatem ardor. Nos iſta in finem

diſceptationis reijcimus. Principium nobis erit à ſacræ Scripturæ locis, quos ille pro aſſerendâ tuendâque Pauli cum Petro æqualitate & conſortio in Eccleſiæ Catholicæ Apoſtolicæ & Romanæ Primatu, pertractat.

PRIMVM ARGVMENTVM ERANISTÆ. *Moyſes*, inquit, *& Aaron fuerunt duo prima & ſumma Capita Synagogæ, quæ figura erat Eccleſiæ in omnibus.* 1. *Cor.* 10. *Aaron fuit ſummus Sacerdos: Moyſes ſimiliter. Pſal.* 98. *Moyſes & Aaron in Sacerdotibus eius. S. Petrus ſucceſſit Moyſi, inquit S. Macarius. S. Petrus igitur & S. Paulus coniuncti quoque officio fuerunt, vnuſque idem ſummus Pontifex exſtiterunt.*

Eraniſtes Vernaculus artic. 4. Moyſe & Aaron ont eſté les deux premiers Chefs Souuerains de la Synagogue, laquelle eſtoit la figure de l'Egliſe en toutes choſes: Aaron eſtoit grand Preſtre: Moyſe cõme Aaron. S. Pierre a ſuccedé à Moyſe, dit S. Macaire: dõc S. Paul & S. Pierre tous deux ont eſté vnis par leurs charges n'eſtant qu'vn meſme grãd Preſtre.

RESPONSIO. Huius Argumenti quàm multa ſunt membra, tam profectò confuſa ſunt: adeo vt de duplici, de vno, de ſimplici, de compoſito capite dum tot ac tanta permiſcet, vbi eius reperias caput, minimè conſtet. Principium tamen & caput multiformium iſtarum propoſitionum eſſe debet in iis verbis, *Synagoga, erat figura Eccleſiæ in omnibus*: quæ propoſitio quidem ſimpliciter falſa eſt, Eraniſtæ ſenſu, vt quicquid erat in Synagoga, & qualicumque erat modo, id ſiue vnum, ſiue duplex in Eccleſiâ repræſentari quoad rem debeat: vnde nec mirum eſt Eraniſten falsò tam ex Apoſtolo accerſere 1. Cor. 10. v. 11. vbi habetur, non *Omnia* ſimpliciter: ſed *Hæc autem omnia in figurâ contingebant illis:* Sermo eſt autem ibi de tran-

ſitu, de eſca Man, de potu aquæ è Petrâ ſalientis, & de proſtratione impiorum in deſerto: non verò de omnibus omnino Synagogæ rebus, earúque cunctis proprietatibus, affectionibus & circumſtantiis, vt meditatur Eraniſtes. Alioqui, ſicut plures fuerunt Chriſti figuræ in Veteri Teſtamento, ſic & plures Chriſtos in Euangelio Vnum Chriſtum efficientes eſſe oporteret. Satis eſt vt figura ſecundum quædam, non ad amuſſim ſecundum omnia, ea præ ſe ferat quorum figura eſt; quod diſertiſſimè, locum etiam hunc Apoſtoli explanans, oſtendit S. Baſilius lib. de Spiritu Sancto. Tertullianus alicubi: *aliud figura, aliud forma; aliud imagines, aliud definitiones.* Sed neque hîc difficultatis nodus eſt.

S. Baſil. de ſpir. S. cap. 14

III.

Altera propoſitio. *Moyſes & Aaron fuerunt duo prima & ſumma Capita Synagogæ.*

Elenchvs. Vniuerſi populi Hebræi ſtatum nomine Synagogæ, quanquam haud ſatis propriè, complecti videtur Eraniſtes. Hoc ſenſu duplex fuit illius populi Theocratia, ſeu à Deo inſtituta gubernatio. Vna Ciuilis cuius Moyſes Caput fuit: altera Religioſa, cuius cum perfectè conſtituta eſt, caput Aaron: non vero vterque huius, aut vterque illius ſimul, eodem gradu dignitatis, eadem Virtute Poteſtatis, eodem tempore adminiſtrationis. Antequam enim vniuerſi cultûs religioſi ſumma apud Hebræos

inſtituta eſſet, & Aaron ſummus Pontifex deſignatus: Moyſen vtriuſque gubernationis caput fuiſſe nonnullis veriſimile eſt; vnde Philo Hebræus lib. vlt. de vitâ Moſis ſiue de eiuſdem Sacerdotio, τοιοῦτος μὲν ὁ βίος, τοιαύτη δὲ καὶ ἡ τελευτὴ τοῦ βασιλέως, καὶ νομοθέτου, καὶ Ἀρχιερέως, καὶ Προφήτου Μωϋσέως διὰ τῶν ἱερῶν γραμμάτων μνημονεύεται. *Talis vita, talis obitus Moyſis, Regis Legiſlatoris, Summi Pontificis & Prophetæ ſacris literis memoratur.* *Philo Iud. lib.3. de vit. Moſis.* Inſtitutione tamen ſacrorum peractâ, totius myſteriorum rei ſumma, penès vnum Aaronem, vti priùs Religioſa eiuſdem moderatio, penès vnū Moſem ſtetit. Aut nulla enim, aut certè extraordinaria fuit in Moyſe dignitas Sacerdotalis: Ordinaria verò Aaronis ſolius: quod clariſſimè teſtantur ipſius Moſis verba ad populum, apud Ioſephum, ipſum Sacerdotem & rei huius intelligentiſſimum. *Ioſeph. lib.3. antiq. c. 10.* Δεῖ προνοεῖν ὑμῖν τοῦ ἱερατευσομένου καὶ ὑπηρετήσοντος ταῖς θυσίαις καὶ ταῖς ὑπὲρ ὑμῶν εὐχαῖς. καὶ ἔγωγε ταύτης ἐμοὶ τῆς σκέψεως ἐπιτραπείσης, ἐμαυτὸν ἂν τῆς τιμῆς ἄξιον ἔκρινα, διά τε τὸ φύσει πάντας εἶναι φιλαύτους, καὶ ὅτι πολλὰ ἐμαυτῷ κέκμηκοτι περὶ σωτηρίας τῆς ὑμετέρας σύνοιδα. Νῦν δ᾽ αὐτὸς ὁ θεὸς Ἀαρῶνα τῆς τιμῆς ταύτης ἄξιον ἔκρινε, καὶ τοῦτον ᾕρηται ἱερέα. [Oportet in primis prouideri vobis de eo qui ſacra curet & miniſtret ſacrificiis atque votis pro vobis offerendis. Quod ſi res arbitrio meo permiſſa foret, hunc mihimetipſi honorem adiudicarem, tum quod ita naturâ comparatum eſt, vt

„ ſibi ipſi quiſque optimè velit: tum quod labo-
“ rum pro ſalute veſtrâ ſuſceptorum probè con-
“ ſcius ſim. Nunc autem Deus ipſe Aaronem hoc
“ honore dignatus eſt, eumque Sacerdotem ele-
git.] Ex his elucet verbis Ioſephum ita ſentire, Moſem electo ad Sacerdotium Aarone, nullas vnquam, poſtea ſaltem, eiuſdem Sacerdotij partes ſibi vendicaſſe: ſolamque ſibi ciuilem ac velut regiam adminiſtrationem retinuiſſe & Legiſlatoris dignitatem: Vnde illum Dominum ſuum vocat Aaron quamuis natu minorem Exod. xxxii. Sed hæc forſan præmaturè: In ſequentis enim propoſitionis examen, magis reſpiciunt.

IV.

Tertia Præpoſitio Eraniſtæ hæc eſt. *Aaron fuit ſummus Sacerdos. Moyſes ſimiliter: Pſal. 98. Moyſes & Aaron in Sacerdotibus eius.*

Elenchvs. Tres hîc controuerſiæ mouentur: Prima de ſummo Sacerdotio Moyſis: altera de ſummi Sacerdotij Moſis cum ſummo Sacerdotio Aaronis, comparatione: Tertia de vnitate Summi Sacerdotij vtriuſque, & conjunctâ eiuſdem functione.

Quod primam ſpectat controuerſiam: non deſunt viri eruditi qui inficientur Moyſem fuiſſe Sacerdotem propriè dictum, quantum ad officium offerendi & ſacrificandi. Negat S. Thomas: negant alij recentiores. Neque quidquam

iuuet locus pſalmi, quo, vt adoremus, tres inſignes Dei adoratores commemorantur, *Moſes,* *Pſ.* 98.
Aaron in Sacerdotibus, id eſt Aaron ſummus Sacerdos quod præpoſitio Hebraica ſignificat: & Samuel inuocás: ita vt vox in *Sacerdotibus* ad ſolũ *Aaron* proximum, non ad Moſem referatur, ita Euthymius exponit: ita Biblia emendatiſſima interpungunt, *Moyſes, & Aaron in Sacerdotibus eius: & Samuel &c.* Quanquam & aliâ ratione id expedit Hugo Cardinalis, Moyſem Principem vocans qui & nomine *Cohen* non ſecus ac Sacerdos ſignificatur: ita vt idem nomen vnâ ſui notione Moſi vt Principi, Aaroni vt Sacerdoti aptetur. Gloſſa interlinearis ita diſcernit: *Moyſes Legiſlator, & Aaron Sacerdos magnus.* Verùm eſto, Moſes Sacerdos etiam ſummus fuerit.

Ad secvndam quæſtionem quam Eraniſta mouet, tam facilè quam appoſitè dicturi ſumus, Moſis Sacerdotium fuiſſe penitus extraordinarium & ad tempus duntaxat: Aaronis autem ordinarium atque perpetuum. Ridentur ab Agellio Epiſcopo & Muiſio Hebraicæ linguæ Profeſſore Regio, qui ex Rabbinis Moſem volunt totâ deſerti peragratione Sacerdotio functum: quia nullum eius rei in ſacris literis veſtigium eſt. Neque profectò Rabbinorum auctoritate ducor: at Ss. potius Patrum, Gregorij præſertim Theologi & Auguſtini. Ille τῆς νομο-

Agellius & Muiſius in Pſ. 98.

θετῶν ἐπιφανέστατος; Μωϋσῆς. τίς ἱερέων ἁγιώτατος; Ἀαρὼν οὐχ' ἧττον ἀδελφοὶ τὴν ψυχὴν ἢ τὰ σώματα. ἱερεῖς δὲ ὁμοίως ἀμφότεροι. Μωσῆς γὰρ φησὶ καὶ Ἀαρὼν ἐν τοῖς ἱερεῦσιν αὐτοῦ· ὁ δὲ ἀρχῶν ἀρχόντων καὶ ἱερεὺς ἱερέων χρώμενος μὲν ὅσα γλώσσῃ τῷ Ἀαρὼν, αὐτὸς δὲ τὰ πρὸς θεὸν ἐκείνῳ γενόμενος.

Greg. Naz. or. 6.

„ [Quis Legiſlatorum Illuſtriſſimus? Moſes.
„ Quis Sacerdotũ ſanctiſſimus? Aaron: non mi-
„ nus pietate quã corporibus fratres. Ambo vero
„ æquè Sacerdotes. Moyſes enim ait, & Aaron
„ in Sacerdotibus eius. Ille Principum Princeps
„ & Sacerdotum Sacerdos: Aarone pro linguâ
„ vtens; ipſique viciſſim in iis operam nauans
„ quæ ad Deum ſpectant.] S. Auguſtinus eum-
dem Sacerdotem probat. [Moſes, inquit, Aa-
„ ron fratrem Sacerdotem etiam ordinauit. Et in
„ Exodo quidem non videtur eſſe Sacerdos niſi
„ Aaron: apertè enim in illis literis Aaron nomi-
„ natur Sacerdos Dei: de Moyſe non ibi dicitur
„ quod Sacerdos erat: ſed ſi hoc non erat, quid
„ erat? nunquid maior Sacerdote eſſe poterat?
„ Expropriat pſalmus iſte, quia & ipſe Sacerdos
„ erat. Moyſes inquit, & Aaron in Sacerdotibus
„ eius.] Supereſt igitur vt exponamus quale fue-
rit Moſis Sacerdotium. Extraordinarium dixi-
mus, & ad tempus exercendum. Nempe ad in-
ſtitutionem & conſecrationem aliorum Sacer-
dotum, quæ ſeptem diebus in Leuitico perfici-
tur, Moſe lauante, inueſtiente, vngente, offe-
rente, immolante; Aaronem denique & filios
eius

S. Auguſt. in Pſ. 98.

Exod. 28.

Liran. ad Pſal. 98.

Leuit. cap. 8.

eius initiante & conſecrante: quo demùm peracto Conſecrationis officio, Moyſes non vltra Sacerdotem agit, ſed Aaroni dicit, *Accede ad altare & immola.* *Leuit. c.9.*

Vnde vt ad tertiam Eraniſtæ quæſtionem reſpondeamus, tota vis illius euaneſcit effati, *conjuncta fuerunt officia Moſis & Aaronis in eiuſdem Sacerdotij paritate & vnitate.* Negamus enim primò fuiſſe idem Sacerdotium vt iam declarauimus: Negamus conjuncta officia: negamus parem Sacerdotum dignitatem. Conjuncta quidem negamus officia: quia ex quo Moſes Aaronem conſecrauit eumque Pontificem maximum inſtituit, ſacra non fecit ampliùs: imo nec facere forſan potuit. Alphonſus Toſtatus ita ſcribit: [Moyſes iſtis ſeptem diebus expleuit cærimonias ſacrificiorum pacificorum: quoniam ipſe Sacerdotes ipſos conſecrabat: & non erat ipſe Sacerdos magnus aut minor: ſed Deus illi ad hoc poteſtatem tribuerat: quoniam erat Sacerdos vnctus oleo inuiſibili; cum autem iſti conſecrati ſunt & miniſtrare cœperunt, non licuit ei miniſtrare: cum ipſe in defectum aliorum miniſtraret, nũc autem alij qui miniſtrarent, legitimè ſubrogati ſunt.] Si Veteres conſulendi ſunt, oſtendimus ſupra eamdem fuiſſe Ioſepho Sacerdoti mentem. *Abulenſis Epiſc. qu.6. in c. 8. Leuit.* *Ioſeph. l.3. antiq.*

V.

Concluſio igitur prima Eraniſtæ, Moyſen

& Aaronem Sacerdotio coniunctos & pares fuiſſe, ſtare neutiquam poteſt. Si enim Aaron Moyſi conferatur ante ſuſceptam ſacerdotij conſecrationem, Moyſi ſanè neque conjunctus Sacerdotio, neque par aut idem eſſe poterat, vt oſtendunt ea quæ habet Vigilius Papa Epiſt. ad Epiſcopos Galliarum, vbi ſe Moyſi comparat: Epiſcopos vero alios Vicarios ſuos, Aaroni, qui Leuita tantùm erat: idque genere potius quam officio nec dum inſtituto: vnde & Gregorio Theologo cùm dicitur ὁ μετ' ἐκεῖνον μωϋσῆς. Si verò poſt inaugurationem: iam ſolus cùm ſit in Sacerdotis officio conſtitutus, Moſem neque parem neque ſecundum habet.

Vigil. Pontif. ep. 11. *to.* 2. *Concil.*

Nazianz. or. 6.

Concluſio quoque altera Eraniſtæ ex Moſis & Aaronis comparatione ducta, repente concidat, neceſſe eſt. *Petrus igitur & Paulus officio ſummi Sacerdotij conjuncti, & vnum idemque Pontifex extiterunt.* Imò verò contrarium omninò conſequitur. Solus Aaron Pontifex Maximus: ergo ſolus Petrus.

Ex loco S. Macarij, quid colligat Eraniſta, prorſus ignorat. Habet ille, inquit, λοιπὸν Πέτρος Μωσέα διεδέξατο, τὴν καινὴν Ἐκκλησίαν Χριστοῦ καὶ τὴν ἀληθινὴν ἱερωσύνην ἐγχειρισθεὶς, *denique Petro Moſes ſucceſſit, nouam Eccleſiam & verum Sacerdotium ſibi creditum gerens.* Confert enim ibi Macarius Petrum Moſi, non quoad dignitatem, ſed quoad ſimilitudinem tribulationum: præcedentia

Macar. ho. 26.

verba recolenda ſunt: Moſes inquit & Aaron quùm Sacerdotium obtinerent multa paſſi ſunt, Caiphas quum eorum Cathedram teneret è contrario Ieſum perſecutus eſt: vtri ſucceſſit Petrus? Moyſi perſecutionem paſſo, non verò Caiphæ perſequenti. Si de Sacerdotij & Cathedræ ſucceſſione ageretur, æquè Petrus Caiphæ ac Moſi ſucceſſiſſet, aut potius æquè vni ac alteri non ſucceſſiſſet, ſi propriè loqueremur. Nec Sacerdotium enim, nec Cathedra Moyſis aut Aaronis amplius eſt, ſed Chriſti.

Vnum eſt, quod tamen cauſſæ ſuæ immemor omiſerat Eraniſta, nempe quod Moſes & Aaron dicuntur ἔχειν τὴν ἱερωσύνην, *habere Sacerdotium*, & Caiphas τὴν ἐκείνων καθέδραν *ipſorum Cathedram ſediſſe*: verùm id facillimè de Moſe vt extraordinario primùm, & de Aarone vt ordinario poſtea ſummo Pontifice; vel quod Moſes eam Cathedram fundarit, non vt Pontifex, ſed vt inſtitutor, Legiſlatorque Sacerdotij: Aaron vero Primus vt Sacerdos eâ à Moſe ſuſceperit. In Moſe ſiquidè permanſit eminens illa Poteſtas ſpiritalis ſimul & temporalis; Inſtitutoris & Legiſlatoris ſummi vtriuſque Iudæorum Politiæ, Ciuilis & Eccleſiaſticæ; quâ Aarone ipſo ſuperior ſemper permanſit; ſecundum quam Moſes idem βασιλεὺς καὶ νομοθέτης, οὐ τ' ἀνθρώπεια μόνον ἀλλὰ καὶ τὰ θεῖα συνεπισκέπτει, vt ait Philo Hebræus. Et in eâ ratione Moſes Aarone

Cathedra Moyſi. Matth. 23.

Philo lib. 2. de vit. Moſ.

ſemper maior exſtitit, quia Chriſtum repræſentabat, Aaron verò Petrum, vt libro primo
In artic. 25. Luther. diximus ex doctiſſimo Epiſcopo & Martyre Roffenſi. Aaron igitur nunquam vt par, ſed vt maior vel vt minor ſub aliâ ratione Moſi comparatus, idem de Chriſti vt maioris & de Pauli vt minoris erga Petrum collatione iudicium relinquit.

DILVITVR ARGVMENTVM *alterum Antonij de Dominis ac Eraniſtæ Art.* IV. *Ex titulo Apoſtoli & Doctoris Gentium Petitum.*

CAP. II.

S. Paulus vtraque ad Timotheum Epiſtolâ DOCTOREM GENTIVM ſe nuncupat:
1. Tim. 2. [Quâ in re, inquit Eraniſta, æqualitatem illam
2. Tim. 1. perfectam ſuiipſius cum Petro, ipſemet oſten-
κήρυξ ἀπόστολος καὶ διδάσκαλος τῶν ἐθνῶν. dit, quum & ſcribit: Creditum eſt mihi Euangelium præputij, ſicut & Petro Circumciſionis. Ex quo patet eum fuiſſe peculiariter Apo-
Galat. 2. ſtolum Romæ quæ Metropolis Gentium erat:
» & habuiſſe in eam, poteſtatem & auctoritatem
» ſingularem, ſimilem ei quæ S. Petro conueniebat.]

Quod ingenioſè & ſolerter in ſimili ferè negotio dixit TERTVLLIANVS, id vſurpare meritò

poſſum, *Non mihi tam bene eſt, immò non mihi tam male eſt, vt Apoſtolos committam.* Vt igitur neque B. Petro Apoſtolorum Coryphæo, neque Paulo, neque cæteris Apoſtolis vlla fiat iniuria, videndum in primis quid commune, quid priuatum atque ſingulare, quoad Gentium inſtitutionem attinet, omnes ſingulis, ſinguli omnibus, ſinguli tandem ſingulis collati habuerunt. *Tertull. de præſcr. 24.*

Omnibus primùm id commune ac æquale fuit, vt in omnem Terrarum Orbem Euangelij promulgandi, Eccleſiæ fundandæ ac diffundendæ, quocumque vel omnes vel ſinguli commearent ac inſiſterent, poteſtas ijs à Chriſto data factaque ſit. Atque hoc tam ad Iudæos quam verſus gentes. TERTVLLIANVS ibidem ex ſcripturis. [Chriſtus ex diſcipulis duodecim *Tertull. de præſcr. c. 20.*
«præcipuos lateri ſuo adlegerat deſtinatos nationibus Magiſtros. Itaque vno eorum decuſſo, reliquos vndecim regrediens ad Patrem poſt reſurrectionẽ, iuſſit ire & docere nationes in tinguendas in Patrem, & in Filium, & in Spiritum Sanctum. Statim igitur Apoſtoli, quos hæc appellatio interpretatur, aſſumpto per ſortem duodecimo Matthia in locum Iudæ, ex auctoritate Prophetiæ quæ eſt in Pſalmo Dauid, conſecuti promiſſam vim Spiritus-ſancti ad Virtutes & eloquium, primò per Iudæam conteſtatâ fide in Ieſum Chriſtum, & Eccleſiis inſtitu- *Matth. 28. Act. 1. Act. 8. 9. 11. Act. 13. 14.*

„ tis, dehinc in orbem profecti, eamdem Do-
„ ctrinam eiuſdem fidei Nationibus promulga-
„ uerunt: & proinde Eccleſias apud vnamquam-
„ que ciuitatem condiderunt, à quibus traducem
„ fidei & ſemina doctrinæ, cæterę exinde Eccle-
„ ſiæ mutuatæ ſunt, & quotidie mutuantur vt
„ Eccleſiæ fiant. Ac per hoc & Apoſtolicæ depu-
„ tantur, vt ſoboles Apoſtolicarum Eccleſia-
„ rum.]

SINGVLI vel omnibus reliquis vel ſingulis collati æqualem etiam habuerunt Euangelij prædicandi poteſtatem & Iuriſdictionis vniuerſalis in omnes alios fideles: in Coapoſtolos verò ſuos, ſolus Petrus ſupremam obtinuit auctoritatem, tanquam ſupremum Eccleſiæ Caput: quod aduerſus Eraniſtam libro ſuperiori ex omnium ſæculorum conſenſu demonſtrauimus.

II.

Ad rem igitur. Paulum Petro vult æqualem Eraniſta eo quod ipſi duo vniuerſum velut Orbem inter ſe diuiderent, Paulus quidem Gentes, Petrus verò commiſſos ſibi Iudæos habens: quas præter hominum veluti partes, nulla in terris ſupereſt. Videndum ergò qualis illa diuiſio eſt. At neque diuiſio eſt: vtrique enim licuit in partem oppoſitam migrare: nam &
Act. 10. & 11. Petrus ante Gentibus prædicauit, Gentiles conuertit, tinxit, & ſpiritu vnxit ac firmauit,

Iudæis nequaquam diſceptantibus: Poſtea verò quam Paulo dextram dedit, liberaliùs etiam Gentium ſaluti operam nauauit: ſicut & Paulus *Gal. 1.* licet Gentibus addictior, per Synagogas tamen obambulans Euangelij verba præſepe fe- *Act. 13. 14. 17. 18. 28.* cit: Romæ quoque Iudæis Apoſtolum ſe præbuit. Qualis ergo diuiſio? diſcrimen igitur eſt, non diuiſio. In quo diſcrimen? quod ſpeciali quodam Dei mandato & Spiritûs inſtinctu, præcipua præter Gentiles Iudæorum cura Petro vt Apoſtolo: præcipua Gentium, præter Iudæos Paulo credita eſſet: neutri tamen cancelli aut limites fixi, vnde rectè adnotatum Eraniſtæ illud Gregorij Nazianzeni, Paulus *Naz. or. 1.* non ſolum ἐθνῶν κήρυξ *Gentium præco*, ſed etiam Ἰουδαίων προστάτης *Iudæorum antiſtes.* Speciale quoque hoc mandati vel inſpirationis genus nihil vniuerſæ cæterorum Apoſtolorum Legationi obfuit: quibus certè & ad Iudæos & ad gentes liber acceſſus patere debuit; aliàs, amabò, ad quos Legati, miſſi, Apoſtoli denique fuiſſent, ſi Paulus eos omnes & ſingulos à Gentibus, Petrus à Iudæis amouiſſet? Neque ille vniuerſis Gentibus peragrandis, neque hic diſperſis vndique Iudæis vnus per ſe ſufficere potuiſſet. Neque Petrus ergo Paulum, neque Petrum Paulus, neque ambo cæteros Apoſtolos à Iudæis vel Gentibus, earumue vllâ regione diſcluſit. Huc ſpectat illud Pauli, *non ſum liber? non*

ſum Apoſtolus? 1. Cor. 9. Potiſſimùm vero cum nec illa ſortitio diſtributione Prouinciarum, quam inter ſe populorum potiùs quam ſui cauſſâ fecerunt Apoſtoli, eos à ſe inuicem, niſi quatenus vellent ac commodum putarent, diſjunxerit, aut interdicta Iuriſdictioni alterius confinia terminoſue deſignarit, fortaſſe nulla certa fuit, nam & Euſebius de eâ parum auden-
Euſeb. lib. 3. *cap.* 1. ter loquitur. Et S. Gregorius Theologus, eam
Greg. Naz. or. 25. ſatis accurararè deſcribens, ex facto potius quàm ex lege narrat: & optimè de ea locuturus incipit. οἱ Ἀπόστολοὶ οὐ ξένοι τῶν πολλῶν ἐθνῶν τε καὶ πόλεων αἷς ἐμερίσθησαν; Apoſtoli nunquid peregrini fuerunt Gentium vrbiumque multarum, in quas diuiſi ſunt? addit ἔστω Πέτρου ἡ Ἰουδαία, τί Παύλῳ κοινὸν πρὸς τὰ ἔθνη; Λουκᾷ πρὸς Ἀχαΐαν, Ἀνδρέᾳ πρὸς ἤπειρον, &c. Sed vt vt ſit, libera ſemper fuit vnius in alterius Prouinciam, ſi res ita ferret, ac liberet, exſpatiatio.

Eran. ar. 4. *p.* 25. Vnde falſo ſcribit Eraniſta, [Reliqui præter
" Paulum Apoſtoli, Prouinciis quiſque ſuis affi-
" xi ſibi attributis: Etiam præcipui, vt S. Ioannes
" Euangeliſtâ, qui in Aſiâ minori permanſit.] Videat ne fallatur Eraniſta; nam, Ioannes Euangeliſta Romam venit, ibique Apoſtolum egit, prædicauit, quod nec diffitetur A. de Dominis:
Tertull. de preſcr. ca. 36 cui nec crederem, niſi Tertullianus pro certo id hæreticis obijceret. An & inde Ioannem Romanum Epiſcopum, & Pontificem ſupremum,

&

& Eccleſiæ totius caput cum Petro & Paulo, vt vult Eraniſta, confectum arbitrabimur?

III.

METROPOLIS *Gentium*, inquit Eraniſtes, *Roma erat: Oportebat igitur Paulum Gentium Apoſtolum, ſedem Epiſcopalem habere.* Simile profectò argumentum, aliud præſtaret, ſi aduerteret Eraniſtes, Hieroſolymorum vrbs erat Iudæorum Metropolis: oportebat igitur Petrum qui Iudæorum erat Apoſtolus, ſedem Epiſcopalem Hieroſolymis habere. Quam bellè iſta concludunt! At nos cum SS. Patribus. Roma totius orbis erat Metropolis, in eâ enim nemo peregrinus. Decebat igitur Petrum totius Orbis Epiſcopum, Eccleſiæ totius per Orbem propagandæ Caput, Romæ ſedem ſupremam erigere. Supremæ ſedi vnus Paſtor neceſſarius eſt: igitur vnus Petrus Romanæ & Catholicæ. S. LEO [Cùm duodecim Apoſtoli imbuendum Euangelio mundum, diſtributis ſibi terrarum partibus ſuſcepiſſent: Beatiſſimus PETRVS Princeps Apoſtolici ordinis ad arcem Romani deſtinatur imperij: vt lux veritatis: quæ in omnium Gentium reuelabatur ſalutem, efficaciùs ſe ab ipſo capite per totum mundi corpus effunderet. Iterum: Ad hanc ergo vrbem tu beatiſſime Petre Apoſtole venire non metuis, conſorte gloriæ tuæ PAVLO Apoſtolo aliarum adhuc Eccleſiarum ordinationibus occupato.] Ne *S. Leo. Natal. Apoſtol.*

verò Paulum alliges, ne vni affigas Sedi: ſine liberum tandem, Eraniſta, *Gentium Apoſtolum* tituli ſui officio defungi: hic enim illi peculiariter datus, ob laborioſam, diuturnam & velocem illam regnorum, prouinciarumque peragrationem: quas terra marique obire debet. Ad hoc enim dixit Dominus Ananiæ. *Vas Electionis eſt mihi iſte vt portet nomen meum coram Gentibus, & regibus & filijs Iſraël.* Idcirco noſter orbis peruagator & verè περιοδονίκης Soli, quietis ignaro comparatur à Chryſoſtomo: ideo Peluſiotes huius diſcipulus cum aliis Apoſtolis componens ἕκαστος μὲν τῶν Ἀποστόλων, ὡς ἔπος εἰπεῖν, μίαν ἀπολαβὼν χώραν, ταύτην ἐῤῥύθμισεν· ὁ δὲ Παῦλος ὥσπερ ὑπόπτερος γεωργὸς πᾶσαν σχεδὸν ἐπέδραμε τὴν οἰκουμένην, καὶ ὡς αὐτὰς ἐφοίτησε τῆς γῆς ἐσχατιάς. Vnuſquiſque Apoſtolorum, vt ita dicam, vnâ regione ſuſceptâ, eam optimè informauit: Paulus verò tanquam alatus agricola, orbem penè vniuerſum perluſtrauit & ad ipſos terræ fines vltimos peruenit.]

Act. c. 9.

Iſidor. ad Iſidor. lib. 3. ep. 176.

EX PAVLI APVD ROMANOS prædicatione, malè ab Antonio de Dominis & ab Eraniſtâ colligi eum parem fuiſſe Petro, in Cathedra ſeu Primatu Eccleſiæ Catholicæ, Apoſtolicæ & Romanæ: de verbis præſertim ipſius in Epiſtolâ ad Romanos diſſeritur.

CAP. III.

VTerque ſingularis Petri Cathedræ ſeu Primatûs aduerſarius, maximam in ipſius Pauli verbis ſpem victoriæ poſuit, hiſce præſertim. [Accepimus gratiam & Apoſtolatum ad obediendum fidei in omnibus Gentibus pro nomine eius: in quibus eſtis & vos vocati Ieſu Chriſti. Item. Sæpe propoſui venire ad vos, vt aliquem fructum habeam in vobis, ſicut & in cæteris Gentibus. Græcis ac Barbaris: ſapientibus & inſipiétibus debitor ſum, ita quod in me promptum eſt, & vobis, qui Romę eſtis, Euangelizare. Perſpicuum eſt ex his verbis, inquit Eraniſtes, Paulum accepiſſe mandatum à Deo vt prædicaret & formaret Eccleſiam Romanam, tanquam Doctor Gentium: cumque fuiſſe inſtitututum MAGISTRVM ET PASTOREM illius Eccleſiæ, vt ait S. Leo.] Ex quo & poſtea concludit Paulum fuiſſe Romanæ & Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopum Petro

Eran. art. 4.

Ad Ro. c. 1.

in omnibus abſolutè parem.

II.

Elenchvs. Quod in primis ex Apoſtolicæ ad Romanos Epiſtolæ verbis exſculpit Eraniſtes, id mihi planè non apparet: nempe *mandatum à Deo Paulum accepiſſe, vt Romanam formaret Eccleſiam*. Prædictum Paulo quidem noui, fore vt Romam adiret, mandatum non lego: Nec adiſſet forſan, niſi Cæſarem coactus appellare. Vbi ergo præceptum illud inuenit Eraniſta.

Act.23.
Act.28.

Secundùm vero labitur, quùm dicit Paulum formaſſe Eccleſiam Romanam, quod S. Petro tribuit S. Auguſtinus: firmare ſi dixiſſet, ipſi Paulo conſenſiſſet qui dixit ſe optaſſe Romam venire, ad Romanos confirmandos, *εἰς τὸ στηριχθῆναι ὑμᾶς.* Quæ verba quidem Antonius de Dominis perquá malitioſè explicat hoc modo: quaſi Paulus ſignificarit Romanos non à Petro aut à quoquam Apoſtolorum, ſed à ſuis tantùm gregariis Diſcipulis, Chriſtianæ Religionis myſteriis initiatos, confirmatione ſuâ opus habuiſſe: quod tamen ſequentibus pugnat, vbi *τὸ στηριχθῆναι*, *confirmari*, exponit Apoſtolus *συμπαρακληθῆναι* *conſolationem ſimul percipere*, non ſolum ad fidei, ſed etiam ad Patientiæ ſubſidium. Vnde & ipſos Romanos perfectè, à Petro nimirum eiuſque cooperariis eruditos & imbutos ſignificat, dicens *fidem eorum annuntiari in*

S. Aug.
Ro.1.
Ro.c.1.

Vniuerſo mundo: quo elogio, *fides Romanorum Apoſtolico ore laudatur*, inquit, S. Cyprianus, ita *Cypr. ep. 55.* vt iam ab illo tempore *perfidia habere non poſſet acceſſum.* Quia Petrus pro quo Chriſtus rogauit, inibi cõfirmauerat fratres ſuos. Non enim Pauli miſſos ac Hypapoſtolos, ſed Petrum ipſum, quum ad Romanos Paulus ſcriberet, cum ſuis Romæ Euangelium docuiſſe ac Eccleſiam iam fundaſſe, Patrum ſententia eſt: vnde & Paulus Romanos ad quos Corintho ſcribit, perfectos fatetur. [Certus ſum autem, fratres mei, *Rom. c. 15.* & ego ipſe de vobis, quoniam & ipſi pleni eſtis ,, dilectione: repleti omni ſcientiâ, ita vt poſſitis *ἀγαθωσύνης* alterutrum monere. Audaciùs autem ſcripſi vo- ,, bis, fratres, ex parte, tanquam in memoriam ,, vos reducens: propter gratiam quæ data eſt mi- ,, hi, vt ſim miniſter Chriſti Ieſu in Gentibus.] ,, Inſtitutionem illam, cuius ſe veluti Monitorem tantum & Hieromnemona profitetur Paulus, Romanis à Petro traditam diſcere eſt, ex eo quod idem Paulus eamdem prædicationem *Paul. ib. c. 15.* non à ſe, qui ab Hieruſalem ad Illyricum vſque, vbi nominatus nondùm erat Chriſtus, excurrerat, ſed ab alio Apoſtolo factam, *alienum fundamentum* vocat: cui ne tunc ſuperſtrueret, retardaſſe ſe dicit, dum gentes alias Chriſto nondum partas luſtraret. Quis autem Romæ tunc docuerat niſi Petrus, eiuſque adiutores? diſertè S. Chryſoſtomus. Πέτρος ἐκήρυξεν ἐκεῖ. ἀλλὰ ϗ *S. Chryſoſt. hom. 2. ad Rom.*

τὰ ἐκείνȣ ἑαυτȣ̃ ἡγεῖται. *Petrus ibi prædicauerat: ſed Petri geſta, ſua æſtimat.* Petrum Romam primum veniſſe, docuiſſe, nos id libro priori prolixè peregimus.

III.

Neſcio verò quâ ratione ductus Eraniſtes Paulum Romanorum Epiſcopum fuiſſe concludat, ex eo quod ſe Barbaris debitorem eſſe Græciſque teſtatur: Nam eſto, Romani, Græcorum hoc eſt gentium numero ſint: vel Barbarorum, vt à Græcis, multò antea diſtinguebantur: Oportuitne quæſo Paulum, eorum omnium per quos tranſiuit annuntians regnum Dei, vt ipſe loquitur, ſtatarium Epiſcopum eſſe? quem iure nouo diceremus titularem? fuit igitur Paulus, Solymorum, Antiochiæ vtriuſque, Seleuciæ, Cypri, Pergo, Iconij, Lyſtræ, Derbes, Corinthi, Mileti, Epheſi, Rhodi, Pataræ, Tyri, Myræ, aliorumque paſſim locorum Epiſcopus, antequam Romanus eſſet. Vbi vel tenuiſſimum huius rei tota cernitur antiquitate veſtigium?

Eran pag. 25 At, inquit Eraniſta, *Poteſtas prædicandi Euangelij eſt propriè poteſtas Epiſcopalis, quæ cæteras in ſe complectitur: cum igitur Paulus eam poteſtatem Romæ exercuerit, Romæ fuit Epiſcopus.* Anguſtias huius Enthymematis demiror ſimul & vaſtitatem? Eo ſiquidem probari poteſt Paulum quia Hieroſolymis, quia Antiochiæ, quia Epheſi, quia

Mileti prædicauit, tot Epiſcopatûs habuiſſe. Primam verò propoſitionem expendamus: *Poteſtas prædicandi Euangelij eſt propriè poteſtas Epiſcopalis*: quid ſi in Apoſtolis, priùs Apoſtolica eſt quàm Epiſcopalis? & reuera ita eſt: Ad Apoſtolos enim primùm ius illud, poteſtas illa pertinuit, quâ Apoſtoli. Inde igitur conſequens erit vbicumque prædicarit Paulus, vt Apoſtolum prædicaſſe: vt Epiſcopum eiuſdem loci, nihil neceſſe eſt. Diſtincta quippe ſunt Apoſtolatus & Epiſcopatus. Enimuerò Epiſcopatus, Apoſtolis poſt Apoſtolatum ipſum pleriſque auctoribus acceſſit. Nam & Petrus, qui Apoſtolos conſtituere non poterat, Apoſtolos quoſdam ordinauit Epiſcopos, vt Iacobum Hieroſolymis, Clemente Alexandrino & Euſebio ita referentibus; quod multi de Sacramentali etiam ordinatione quod tamen verbum ἑλέσθαι non infert neceſſariò, non vero loci tantùm deſignatione intelligunt. Ad extremum ipſe Paulus videtur S. Leoni Epiſcopatus ordinem ſeorſim ab Apoſtolatu ſuſcepiſſe: vt enim Act. IX. Apoſtolus: Sic Act XIII. per manûs impoſitionem, Epiſcopum conſtitutum eſſe innuit. Quæ omnia vtcumque ſe habeant, nihil enim certi; opinionum ſaltem iſtarum probabilitas ab omnibus recepta, Apoſtolatum aliud ab Epiſcopatu eſſe indicant: conuincit autem, quod hodierni Epiſcopi, Apoſtoli non ſunt

Hier. in Lucifer.
Euſeb. lib. 2. hiſt. cap. 1.

S. Leo ep. ad Dioſcor. 81.

ergo Epiſcopatus non eſt Apoſtolatus: quamuis Apoſtolatui fuerit in Apoſtolis adiunctus: ſiue à Chriſto, vt arbitror, ſiue à Petro, ſiue ab aliis Coapoſtolis cum Petro vt alij coniectant: In ſummâ vero certum eſt, Apoſtolum quemuis, & Paulum quoque prædicare potuiſſe vt Apoſtolum, in loco vbi titulum non haberet Epiſcopatûs.

S. Cyrill. in cap. 20. Ioan.

IV.

Hinc efficitur argumentationem Eraniſtæ ex eo ductam, quod Paulus Romæ prædicarit, Epiſcopatum eius Romanum, nihilo magis conſtabilire poſſe. Quod autem S. Leonis auctoritatem adducit, *Paulum Magiſtrum & Paſtorem Eccleſiæ Romanæ* vocantis ij. etiam tituli Paulo vt Apoſtolo, quamuis non vt proprio Romæ Epiſcopo quadrare poſſunt: adeo vt Ioannem Apoſtolum Romę quoque verſatum & concionatum ſi ita nuncupaſſet, nemo titulos iſtos huic detrahere iure poſſet: tametſi aliquo nomine peculiari, Paulo conueniant, quod diutiùs atque ad extremum quoque Spiritum Romæ prædicarit, & in hoc officio Apoſtolico ibidem ſit immortuus, *doctrinam cum ſanguine profundens* vt ait Tertullianus. Adde quod non de Paulo ſolitariè, ſed de Petro ſimul, hoc dicat S. Leo: *Patres tui verique Paſtores.* Quæ annotatio quanti eſſe debeat, inferiùs conſtabit.

Tertull. de praeſcr.

S. Leo. Natal. 1.

EX

EX REPREHENSIONE QVAM Petrus à Paulo ſuſtinuit, malè ab Eraniſtâ colligi Petro Paulum æqualem fuiſſe: cùm à SS. Patribus contrarium exponatur.

CAPVT IV.

CONSEQVITVR, inquit Eraniſtes, [ex illâ reprehenſione Paulum debuiſſe æqualem eſſe Petro, ſicut adnotatum eſt Auctori commentarij in Paulum apud Ambroſium. Quis Apoſtolorum, inquit, auderet Petro primo Apoſtolo, cui claues regni cœlorum Dominus dedit, reſiſtere, niſi alius talis, fiduciâ Electionis ſuæ ſciens ſe non IMPAREM? Hæc explicatio multò ſolidior videtur, multò facilior, ac Eccleſiæ Romanæ honorificentior, quam illa recentium interpretum, qui ſe ſexcentis inuoluunt ambagibus. Petrus enim Paulum reprehendit eodem modo quo Collega Collegam, aut aliquis ſeipſum: quandoquidem hi ambo Apoſtoli vnum erant in totâ ſuæ Poteſtatis Apoſtolicæ amplitudine. *Eraniſta art. 4. fin.* *In cap. 2. ad Galat.*

Fecit Eraniſtes, quod ille cui ἀκαίρου *intempeſtiui* nomen eſt apud Theophraſtum: qui ſi quando arbiter eſt, committit etiam eos inter ſe qui rem tranſigi optant: ſi vero teſtis, accedit ad dicendum teſtimonium quando res iudicata eſt. *Theophraſt. Character.* Ἀμφοτέρων διαλύεσθαι βουλομένων, συγκρούει.

Μαρτυρήσων τοῦ πράγματος κεκριμένου.

Paulus Petrum reprehendit: Controuerſia tam amica, vt ne verbum quidem Petrus: Eraniſta verò Paulum Petro ſe æmulum & parem geſſiſſe contendit, vt inuidiam & ſchiſma etiam inter Apoſtolos creet. Quid plurâ? Eraniſta rei iam iudicatæ & contra quàm vellet, conſtitutæ, teſtem ſe admoueri cum altero teſte falſo, pſeudo Ambroſio poſtulat. Auctoritas enim illa Eraniſte digniſſima, eſt Hilarij Diaconi qui Luciferi ſchiſma propagauit.

II.

ELENCHVS. Meliùs profectò grauis & priſcus Auctor Tertullianus, de hac controuerſiâ ſic diſſerit aduerſus hæreticos Apoſtolis iniuriam „ facientes, eoſque committentes: [Quoniam „ peruerſiſſimi iſti illam reprehenſionem ad hoc „ obtendunt, vt ſuſpectam faciant doctrinam

1. Cor. 9. ſuperiorem: reſpondebo quaſi pro Petro: ipſum Paulum dixiſſe, factum ſe omnibus eſſe „ omnia, Iudæis Iudæum, non Iudæis non Iudæum, vt omnes lucri-faceret. Adeo pro temporibus & perſonis & cauſſis quædam reprehendebant, in quæ & ipſi æquè pro temporibus & perſonis & cauſſis committebant: quemadmodum ſi & Petrus reprehenderet Paulum, quod

Act. 16. prohibens Circumciſionem, circumciderit ipſe Timotheum. VIDERINT QVI DE APOSTOLIS INDICANT.] Dictum tibi puta: qui tam magnificè de illâ Petri modeſtiâ triumphum

agis, Eraniſta: cui Tertullianus adſcribit *non prædicationis vitium*, *ſed conuerſationis* paulò ſcilicet nimiæ cum Iudæis, cum gentilibus infrequentioris, qui ſibi potiùs, quam Petrus daret, ſcandalum accipiebant. At vllam, quod rei noſtræ caput eſt, Pauli cum Petro in Eccleſiæ Primatu communionem, vt hinc eliceres, nullus tibi Sanctorum Patrum auctor, ſuaſorue eſſe potuit.

Quicunque Patrum in eam iuere ſententiam, vt B. Petrus nullâ prorſus ratione peccauerit; οἰκονομικῶς verò tantùm, hoc eſt diſpenſatiuè vt reddit S. Hieronymus, licitâ quadam ſimulatione cum eo conſentiens Paulus, & gentium infirmitatem ſubleuans, ei in faciem reſtiterit: Illi non Pauli, ſed infirmiorum fuiſſe volunt veram reprehenſionem, de quâ agitur in illis verbis ὅτι κατεγνωσμένος ἦν *quia reprehenſus erat*: non vero materiam veræ reprehenſionis, quæ ſonat in vulgatâ voce *Reprehenſibilis*; ac proindè non verum, ſed præſumptum ab infirmis, Petri erratum fuiſſe: cui in faciem modeſtè tamen coarguendo nullum ius aliud Paulus habuerit, quàm quod ipſi Petrus conſenſione illâ tacitâ conceſſerat. Atque hac ex parte Eraniſtæ tota molitio collabitur. *Gal. 2.*

Auctores huius ſententiæ ante S. Hieronymum nec pauci nec ignobiles exſtitere, quos ipſe refert in Epiſtolâ ad S. Auguſtinum: Ori- *S. Hier. ep. 89.*

genes, Didymus, Apollinaris, Euſebius, Emeſenus, Theodorus Heracleotes. Quibus & S. Chryſoſtomus accenſetur : de quorum extremo Chryſoſtomo ſic loquitur. [Quid dicam
„ de Ioanne qui dudum in Pontificali gradu
„ Conſtantinopolitanam rexit Eccleſiam, & pro-
„ priè ſuper hoc capitulo latiſſimum exarauit li-
„ brum, in quo Origenis & veterum ſententiam
„ ſecutus eſt? Si igitur me reprehendis errantem:
„ patere me quæſo errare cum talibus : & cum me
„ erroris mei multos ſocios habere perſpexeris: tu
„ veritatis tuæ ſaltem vnum adſtipulatorem pro-
„ ferre debebis.]

Chryſoſt. Gal. 2.

Chryſoſtomus itaque in eumdem planè modum, *κατ' οἰκονομίαν καὶ χαρακτηρισμὸν τῆς λέξεως ſecundum diſpenſationem & figuram locutionis* hæc inter Apoſtolos accidiſſe docet, *σκόπει μεθ' ὅσης ἀκριβείας κέχρηται τῷ λόγῳ διδοὺς τοῖς συνετοῖς ἰδεῖν, ὅτι οὐ μάχης ἦν τὰ ῥήματα, ἀλλ' οἰκονομίας ὅτι κατεγνωσμένος ἦν οὐκ εἶπεν ὑπ' ἐμοῦ ἀλλ' ὑπὸ τῶν ἄλλων καὶ τὸ κατὰ πρόσωπον ἀντέστην, σχῆμα ἦν. εἰ γὰρ ὄντως ἐμάχοντο, οὐκ ἂν ἐπὶ τῶν*
" *μαθητῶν ἀλλήλοις ἐπετίμησαν.*] Vide quantâ dili-
" gentiâ ſermonem temperet, prudentibus ſigni-
" ficans, non eſſe hæc verba contentionis, ſed
" diſpenſationis. Reprehenſus erat, non dixit à
" me (vel reprehenſibilis mihi) ſed ab aliis: & il-
" lud, in faciem, in ſpeciem eſt. Si enim verè
" contendiſſent, non coram diſcipulis ſuis ſe inui-
" cem increpaſſent, &c.] Addit & verba à Paulo

ad Petrum ita directa vt diſcipuli Petri ad ſe potius vt errantes, ad Doctorem ſuum Petrum ea ſpectare intelligerent: vt qui probè ſcirent Paulum non habere ius Petri obiurgandi: alioquin, inquit, Iudæi ipſimet Paulo increpationem retuliſſent ὡς θρασυνομένῳ *tanquam audaciùs ſe gerenti.* Quæ verba ſatis indicant Auctores huius ſententiæ adeoque Chryſoſtomum ipſum, non exiſtimaſſe Paulum Petro parem. Legenda eſt tota illa oratio facundiſſima S. Chryſoſtomi à S. Hieronymo laudata, in hæc verba in faciem ei reſtiti, to. v. operum. LXI.

III.

Alterius verò ſententiæ Auctores, qui Petrum verè peccaſſe, reprehenſum verè iuſtéque à Paulo aſſerunt, tantùm abeſt, vt id à paritate Pauli cum Petro repetant: quin omnes vndecumque cauſſas inueſtigant, quæ ab inferiori poſſe ſuperiorem aliquando reprehendi perſuadeant. Et Petrum laudibus cumulant, quod ſuperior quum eſſet, inferioris cenſuram æquo animo humillimóque tulerit. S. CYPRIANVS huius mihi author eſt princepſque ſententiæ: in Epiſtolâ ad Quintum. [Petrus quem primum « Dominus elegit & ſuper quem ędificauit Eccle- « ſiam ſuam, cum ſecum Paulus de Circumciſio- « ne poſtmodum diſceptaret, non vindicauit ſi- « bi aliquid insolenter aut arroganter aſſumpſit, » vt diceret ſe PRIMATVM tenere, & obtem- «

perari à nouellis & poſteris ſibi potius oportere.]

S. Aug. lib. in ep. ad Gal. to. 4.

" Locum hunc Cypriani lêgerat. S. AVGVSTINVS vulgò huius ſententiæ anteſignanus, expoſitione in Epiſtolam ad Galatas. [Quod Pau-
" lus id Petro coram omnibus dixit neceſſitas
" coegit, vt omnes illius obiurgatione ſanaren-
" rentur: non enim erat vtile errorem qui palàm
" noceret, in ſecreto emendari. Huc accedit quod
" firmitas & charitas Petri, cui ter à Domino di-
" ctum eſt, Amas me? Paſce oues meas: obiur-
" gationem talem POSTERIORIS Paſtoris pro
" ſalute gregis libentiſſimè ſuſtinebat. Nam erat
" obiurgatore ſuo, ipſe qui obiurgabatur mirabi-
" lior, & ad imitandum difficilior. Facilius enim
" eſt videre quid in alio corrigas, atque id vitupe-
" rando, vel obiurgando corrigere, quàm videre
" quid in te corrigendũ ſit, libenterq; corrigi, vel
" per ſeipſum, nedum per aliũ adde Poſteriorẽ,
" adde corã omnibus. Valet autẽ hoc ad magnũ
" humilitatis exemplum, &c.] Sed & de ſuperiori S. Cypriani loco disertè mentionem facit S.

Io. 21.

S. Aug. l. 2. de bapt. c. 1.

Auguſt. lib. II. contra Donatiſtas vbi Petrum à Paulo reprehenſum miratur, *licet in Petro Primatus Apoſtolorum tam excellenti gratiâ præemineret.* In quo cum à Paulo diſtinguit, cuius in eo Primatu conſortium, ſi tale fuiſſet in re tam vrgengenti, minimè ſiluiſſet. Vt autem ſibi conſtaret Auguſtinus, nunquam ab eâ interpretatione diſcedendo: ſic etiam Paulum Petro infe-

riorem agnoſcendo, ſcripſit ad Hieronymum. «
[Rarius & ſanctius exemplum poſteris præbuit «
Petrus, quo non dedignarentur, ſicuti fortè «
recti tramitem reliquiſſent, etiam à poſteriori- «
bus corrigi: quam Paulus, quo confidenter au- «
derent etiam MINORES MAIORIBVS pro de- «
fendendâ Euangelicâ veritate, ſaluâ fraternâ «
charitate reſiſtere, &c.] Petrus ergo, Auguſtino «
iudice, maior erat, Paulus minor & poſte- «
rior. «

ENNODIVS Ticinenſis Epiſcopus in Apologetico, indignatur quod ex hoc exemplo aduerſarij Symmachi Papæ, iudicio ſuo ſubijciendi Pontificis & corrigendi ſibi partes arrogarent. *Hoc etiam beatum Petrum non horruiſſe narratis*, & poſt multa tandem concludit id volentis fuiſſe. [Môribus impendit qui neceſſitati non «
debet diſciplinam. Aliorum fortè hominum «
cauſſas voluerit Deus per homines terminare: «
Sedis iſtius præſulem ſuo, ſine quæſtione reſer- «
uauit arbitrio. Voluit Beati Petri Apoſtoli ſuc- «
ceſſores cœlo tantùm debere innocentiam. Re-
plicabo vni dictum: Tu es Petrus & ſuper hanc « *Matth.16.*
Petram ædificabo Eccleſiam meam, &c.] «

At nemo veritati prolixiùs fauet quam ille quo alibi tam vanè ſe iactat Eraniſtes; Nimirum GREGORIVS Magnus qui hoc notat pro- *S. Greg. 28.*
prium Petri fuiſſe, *vt quamdam auctoritatis & humilitatis lineam tenderet: auctoritatem erga aduer-* *mor. c.11.*

ſarios, humilitatem erga fratres etiam minores in recto conſilio exhiberet. Et hoc quidem generatim: alibi verò hanc Petri cum Paulo hiſtoriam fusè tractans atque ſtudiosè, poſt multa quæ iam retulimus, Petrum SI MINORI fratri ad conſenſum dediſſe & factum fuiſſe *ſequentem minoris ſui*, addit: *quatenus qui primus erat in Apoſtolatûs culmine, & primus eſſet in humilitate. Penſate ergo in quo mentis vertice ſtetit Petrus, qui Epiſtolas Pauli laudauit, in quibus ſcriptum ſe vituperabilem inuenit. Ecce à* MINORE *ſuo reprehenditur, & reprehendi non dedignatur.*

Idem ho. 18. in Ezechiel.

Neque verò eſt quod Eraniſta leuem hanc hæreticorum reſponſionem paret, quod Paulus minor ætate dicatur ſicut & Agapetus in epiſtola quadam ad Iuſtinianum, dixit *Petrum à Paulo quamuis iuniore reprehenſum*: Omnem ſiquidem ambigendi anſam remouet S. Gregorius dum explicat apertè id in quo Petrus ſe maior, *minori ſe Paulo* dicit enim *vt qui primus erat in Apoſtolatûs culmine, eſſet primus in humilitate*: quæ verba maiorem faciunt Petrum non ætate modo, ſed Dignitate.

IV.

Eraniſt. p. 26 art. 4.

Otioſa vero illa & frigida eſt occupatio quam Eraniſtes præmittit. [Etſi liceat inferiori „ vel ſubdito monere ſuperiorem de errato ali„ quo ab eo per ignorantiam vel infirmitatem „ admiſſo: non verò publicè & in faciem quod

fecit

fecit Paulus: quod in ſolo licet hæreſeωs caſu. «
Vnde Celeſtinus populum Conſtantinopolita- «
num laudauit quod ſeà communione Neſtorij «
Epiſcopi ſui ſubtraxerit, eo quòd publicè Ma- «
riam Deiparam negaret: non erat verò reus hę- «
reſeωs Petrus, vnde S. Auguſtinus eum com- «
parat S. Cypriano, baptiſmum hæreticorum «
per ignorantiam reſpuenti: ſequitur Paulum «
qui eum reprehendit æqualem ei eſſe debuiſſe: «
ſicut animaduertit Author commentarij apud «
S. Ambroſium, &c.] «

Huic ratiunculæ nutanti auctoritate ſubnixæ plurimi Ss. Patrum iam libro priori reſponderunt. Hîc autem eidem, ſolius S. Thomæ Aquinatis, ne ſuæ Theologis Scholaſticis deſint partes, ſententiam opponam. *Hilarij Luciferiani ſupra.*

S. Thomas de peccato Petri, primò quidem ita ſentit: fuiſſe verum peccatum, non mortale quidem, ſed veniale. Ita in Epiſtolam ad Galatas. [Reprehenſibilis erat Petrus, etſi enim *S. Tho. in ep. ad Gal. c. 2. lect. 1.*
Apoſtoli poſt gratiam Spiritûs ſancti nullo
modo peccauerunt mortaliter, & hoc donum «
habuerunt per potentiam diuinam, Pſal 74. «
Ego confirmaui Columnas eius, &c. peccaue- «
runt tamen venialiter, & hoc fuit eis ex fragili- «
tate humanâ. 1. Ioan. 1.] Fuit autem peccatum «
licet veniale, publicum tamen, ſcandali ſaltem «
paſſiui erga gentes infirmas vt docet idem. S. *S. Tho. 22. qu. 43. art. 6*
Thomas: qui ex eo docet ſimile peccatum in eos

etiam cadere poſſe qui ſunt in ſtatu perfecto-rum.

S. Tho. in ep. ad Gal. c. 2. lect. 3. & 12. q. 103. art. vlt.

De reprehenſione Pauli, cenſet quoque S. Thomas eam non ſolùm ex compoſito & ſimulatam fuiſſe, ſed veram ac ſeriam: eo quod Petrus *circa obſeruantiam legalium nimiam diligentiam adhibebat, ne ſcandalizaret Iudæos, ita quod ex hoc ſequebatur ſcandalum gentilium.*

S. Tho. 22. q. 33. art. 4.

De iure tandem iſtius reprehenſionis iam videndum, vtrum S. Thomas illud repetat à paritate Pauli cum Petro in ratione capitis Eccleſiæ.
„ [Dicendum quod in faciem reſiſtere coram
„ omnibus excedit modum fraternæ correctio-
„ nis. Et ideo ſic Paulus Petrum non reprehendiſ-
„ ſet, niſi aliquo modo par eſſet, quantùm ad fi-
„ dei defenſionem. Sed in occulto admonere &
„ reuerenter, hoc poteſt etiam ille qui non eſt
„ par. Vnde Apoſtolus ad Coloſſ. vltimo ſcribit
„ ſubditis vt Prælatum ſuum admoneant, quum
„ dicit. Dicite Archippo Epiſcopo, miniſterium
„ tuum imple. SCIENDVM tamen eſt quod vbi
„ immineret periculum fidei, etiam publicè eſ-
„ ſent Prælati à ſubditis arguendi. Vnde & Pau-
„ lus, QVI ERAT SVBDITVS PETRO, propter
„ imminens periculum ſcandali circa fidem, Pe-
„ trum publicè arguit, & ſicut Auguſtinus dicit
„ ad Galat. 2. Ipſe Petrus exemplum maioribus
„ præbuit, vt ſicubi fortè rectum tramitem reli-
„ quiſſent, non dedignentur etiam à poſteriori-

bus corrigi.] Hæc S. Thomas: longè diuerſa Eraniſtes. Optet Lector, quem ſequetur.

ANTONIVM DE DOMINIS & Eraniſtam fruſtra ex Romanorum Pontificum ſcriptis Pauli, cum Petro paritatem in Eccleſia Catholica & Romana, Cathedrâ & Primatu aucupari.

CAPVT. V.

DOleo quidem Eraniſtæ cæcitatem, ſi Catholicus adhuc audire velit, quod Rabſacem illũ Aſſyrium imitetur qui cũ Hebręis, vt ipſos Patrij ſermonis dulcedine ineſcaret, ac deciperet, Hebraicâ linguâ vtebatur. Sic Eraniſta contra ipſos Pontifices, Pontificum ſermone loquens, conſilij ſui perniciem non ſolùm diſſimulat, ſed etiam ſpecioſiorem ad fallendum & blandiorem efficere conatur. *Lib. 4. Reg. c. 18.* *Greg. Naz. orat. 3. in Iulian.* τῷ ἡμέρῳ τῆς διαλέξεως.

Audet etiam Leonem accubantem ſuſcitare; S. Leo, inquit, ita SS. Petrum & Paulum Romæ laudat: [Hos gratia Dei in tantum apicem inter omnia Eccleſiæ membra prouexit, vt eos in corpore, cui caput eſt Chriſtus, quaſi geminum conſtitueret lumen oculorum.] Oculi ſunt igitur pares, igitur vnius eiuſdemque facultatis & potentiæ. *Gen. 49.* S. *Leo Natal. 1.* *Antea quid ſimile. S. Chryſoſt. ho. 32. in ep. ad Ro.*

Parum oculatus Eraniſtes, qui obiectionis

huius vitium non cernat. Neſcit vero plurima licere Metaphoris: Oculi quidem in corpore animato pares eſſe debent: gemini quoque; æqualis ſitûs, motûs, magnitudinis, formæ, coloris, luminis demum & aciei, cuius rei contemplatio philoſophis obtigit. Verùm in corpore nobiliori, aliquando vnus oculus cernitur, vt Sol τὸ κοινὸν ὄμμα ϗ πανόπτεια κόρη, *communis oculus & pupilla omnia intuens*· Aut ſi gemini oculi, certè nec pares, luminare maius, luminare minus. In corpore & cœlo myſtico Eccleſiæ, planè idem, nulla hinc deformitas: nulla ſpeciei, nulla ordinis labes aut deprauatio: imo hęc inæqualitas ordinem conſtituit; vnde quod vnum Aſtrorum cæteris maius ſplendidiuſque ſit, ijſque lumen fœneret, *id ad præfecturas ſeu Principatûs* εἰς ἀρχὰς à Deo conſtitutum eſſe Scriptura teſtatur, vt notat S. Chryſoſtomus.

Ariſt. 1. *de hiſt. anim. c.* 10.

S. *Baſil. Hex.* 6. & *Piſidas in Coſmourg.*

Geneſ. 1.

S. *Chryſ. ho.* 6. *in Geneſ. ex Pſal.*

Quorſum verò ex S. Leone vel inito paritatem illam inuidioſam extorquere laborat Eraniſtes? quaſi nihil aliud cogitauerit cum dixit Leo: *Iſti ſunt Patres tui Roma, verique Paſtores: Iſti ſunt viri per quos tibi Euangelium reſplenduit. Iſti ſunt quos electio pares, & labor ſimiles, & finis fecit æquales.* Agitur enim ibi de Electione ad Apoſtolatum: non vero de Electione ad Primatum Eccleſiæ totius. Electio vero ad Apoſtolatum, vt antea diximus ex S. Cypriano æqualis omnium Apoſtolorum eſt, quatenus immedia-

S. *Leo ibid. Natal.* 1.

S *Cyprian. lib. de vnit. Eccleſ.* & S. *Chryſ. in c.* 2. *ad Gal.*

tè à Chriſto ſunt Electi & aſſumpti ad fidei per vniuerſa Orbis ſpatia propagandæ Miniſterium: ſed præter hanc Electionem Apoſtolatûs omnibus Apoſtolis communem; aliam oſtendimus Petri vt Paſtoris Vniuerſalis Eccleſiæ peculiarem, Paulo minimè communicatam. Cætera B. Leonis, demonſtrant quidem Paulum poſt Petrum & vnâ cum Petro Apoſtolatu functum in Vrbe Româ, Romæ laboraſſe, Euangelij lumina ſparſiſſe: quis enim negat? addamus & pauiſſe extraordinarij non verò ordinarij ac præſertim ſupremi Paſtoris inſtar, verùm Petro ſubiuncti & ſubordinati. S. Leonem iterum audi. [De toto mundo VNVS PETRVS eligitur qui & vniuerſarum gentiũ vocationi, & omnibus Apoſtolis, cunctiſque Eccleſiæ Patribus præponatur, vt quàuis in populo Dei multi Sacerdotes ſint, multique Paſtores, omnes tamen regat Petrus, quos principaliter regat & Chriſtus. Et poſtea. Petro SINGVLARITER hoc creditur. *S. Leo. ſer. 3*

Alteram eiuſdem S. Leonis de Petri & Pauli cum Remo & Romulo comparationem Eraniſta cum inferiùs proponat, inferiùs quoque aduerſus ipſum retorquebimus.

II.

S. GREGORIVS Papa, inquit Eraniſtes, cum Petro Diacono ſuo ſermonem ita confert.

Gregor. l. 2. dialog. c. 12. Gregor. *Nunquid nam neſcis quoniam Paulus Apoſtolus Petro Apoſtolorum primo in principatu Apoſtolico frater eſt?* Petr. Diac. *Scio planè nec dubium eſt.* Reſpondeo Principatum Apoſtolicum in quo Paulus Petri frater eſt, eſſe ipſum Apoſtolatum, de quo dicitur *nimis confortatus eſt Principatus eorum.* (Pſ. 138.) Omnes ſiquidem Apoſtoli ſunt Eccleſiæ *Principes conſtituti ſuper omnem terram, & Principes Populorum congregati cum Deo Abraham*, vt Ss. Patres exponunt, vt ipſemet S. Gregorius magnificè prædicat. (Pſ. 44. Pſ. 46. S. Gregor. in 1. Reg. 2.) Principatus vero ſeu Primatus inter ac ſuper Apoſtolos cæteros, Vnius eſt Petri qui & hîc ad diſcrimen Pauli vocatur. *Primus Apoſtolorum & ſolus ſedens in culmine, Apoſtolatus ſupra minorem ſe Paulum*: in quocumque verò numero & ordine nuſquam vnquam duo primi, nec ſummi duo.

Illa vero quùm ſeria plurimùm ſint & auſtera, ecce diludium nobis parat Eraniſtes, ex hiſtoriâ cuiuſdam viſionis quæ præfigi ſolet operi Moralium S. Gregorij. (Gregor. in c. 18. Ezechiel.) In cuius eleganti recitatione animum planè relaxat. Tagion, inquit, Epiſcopus Cæſarauguſtanus cum Romam miſſus eſſet à Cyndeſindo Rege Hiſpaniæ & à Synodo Toletanâ xxx. Epiſcoporum vt peteret libros Moralium S. Gregorij, quos Hiſpania amiſerat; qui horum concedendorum mandatum acceperant, cum eos in maximâ librorum copiâ Bibliothecæ Romanæ minimè reperire

potuiſſent: Epiſcopus ille rogauit vt ſibi liceret pernoctare precaturo in Eccleſiâ S. Petri, vt negotium illud Deo commendaret. Quum ibidem eſſet, vidit ſub mediam noctem multos viros honorabiles illuc ingredientes albis indutos, qui bini ad altare S. Petri incedebant: è quibus duo quum ad eum acceſſiſſent, vnus horum ei locum oſtendit in quo libri, quos petebat, poſiti erant: aitque. [Duo illi quos præcedentes, ſeque inuicem manu inſertâ vides complectentes, Beati Apoſtoli ſunt Petrus & Paulus. Reliqui verò quos poſt eos cernis ſtantes: ipſi ſunt ſucceſſores eorum, huius Apoſtolicæ Sedis Pontifices, & eodem ordine quo eos in Epiſcopatu ſunt ſecuti, etiam nunc eos ſequuntur. Et poſtea dixit ei ſe Beatum Gregorium eſſe.

Talem oportebat eſſe Eraniſtæ bis ludendo fabulam, quæ nobis non ſatis ludicra, imo plus nimio ludicra eſt; addo & ſanctiſſimis Apoſtolis iniqua: nam paulo poſt S. Auguſtinum in ordine multo ſuperiori conſtituit in cœlo, quam ſit Ordo in quo B. Petrum & Paulum antiſtare facit: quod parum pium bonis omnibus iure videatur. Sed qualiſcumque viſio nouis hiſce Prophetis, etſi non ad rem dum tamen ad mentem imo ad ſomnium ipſorum faciat, eſt diuina: vnde Eraniſta repente exclamat: MIRACVLVM. *Sed Prophetæ tui viderunt tibi falſa:*

Dixit quiſnam iſtorũ eſt? B. Pater Auguſtinus; Reſpondit illum altior à nobis continet locus, &c.

Eraniſt. p. 15

Threnor. 2.

aſſumptiones & eiectiones falſas.

III.

Tertium Eraniſtæ argumentum ex eo ducitur, quod in Bullis, (*de antiquis ne loquamur*, inquit, idque tutò) recentioribus, teſtantur ſummi Pontifices ſe auctoritatem ſuam à Ss. Petro & Paulo obtinere. Paulus III. in Bullâ conuocationis Synodi Tridentinæ. [Huius igitur ipſius Dei omnipotentis Patris & Filij & Spiritus ſancti, ac beatorum eius Apoſtolorum Petri & Pauli auctoritate, quâ nos quoque in terris fungimur, freti atque ſubnixi &c.] Pius IV. in Bullâ non diſſimili. [Si quis hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.] In priori auctoritatis præcipientis, in poſteriori auctoritatis vindicantis, eiuſdem planè in Paulo ac in Petro verba ſunt, inquit Eraniſtes.

Paul. tert. an.1542.

Pius IV. in Bull. ſimili an.1560.

Elenchus. Quis vero neſcit hîc vnam eſſe auctoritatem, nempe auctoritatem Dei, ſed diuerſa ratione participatam? Multiplex igitur hîc diſcrimen: primum inter Chriſtum filium Dei qui auctoritatem illam à Deo Patre, ſed vt Deus accepit: & Petrum & Paulum qui ea gratiâ, vt homines eam à Chriſto acceperunt, filio Dei participatur ex neceſſitate Originis æternæ: Virtute quoque Miſſionis temporalis, ſed vt Dei à Deo: à Petro verò & Paulo vt ab hominibus,

nibus, quià Chriſto miſſi ſunt dicente, *ſicut me miſit viuens Pater & ego mitto vos.* Et hæc miſſio *Ioan. 20. S. Cyrill. ibid.* tradux Auctoritatis facta eſt omnibus Apoſtolis Ioannis cap. xx. Altera vero Auctoritatis eiuſdem diuinæ ſoli Petro vt Vicario ſuo ſummo, conceſſio facta eſt per hæc verba, *Paſce* *Ioan. 21.* *oues meas*: atque hæc eſt participatio diuinæ auctoritatis Petro vt ſupremo Eccleſiæ Paſtoris peculiaris & ſingularis: quâ ſecundum diſcrimen inter Petrum & Paulum inducitur: Paulus enim vt Apoſtolus tantum: Petrus vero & vt Apoſtolus, & vt Apoſtolorum Princeps, ac vniuerſalis ſummuſque Eccleſiæ Paſtor & Caput, auctoritatem Dei accepit & exercuit. Summus Pontifex Romanus Auctoritatem quoque diuinam accipit & exercet vt Chriſti Vicarius, vt Petro ſuccedens quatenus Apoſtolorum Principi: Paulo verò ſuccedit quatenus Apoſtolo tantum, qui cum vocatione & merito cæteros inter Apoſtolos eximius eſſet, ac Petro in vita actis, & mortis paſſione conjunctiſſimus; ei meritò & nomine ſuo adiungitur, vt cæteros Apoſtolos etiam repræſentans; quibus & ſummus Pontifex omnibus ratione ac iure ſingulari ſuccedit. Vnde *Apoſtolicus Epiſcopus* dicitur *In Concil. Chalced. Act. 1.* Paſchaſinus Epiſcopus & Legatus Romanæ Sedis, τοῦ μακαριωτάτου καὶ Αποστολικοῦ Επισκόπου τῆς Ρωμαίων πόλεως κεφαλῆς ὑπάρχοντος πασῶν τῶν Εκκλησιῶν προστάξεις ἔχομεν. *Mandata habemus beatiſſimi* *Mena act. 1. Concil. CP.*

& Apoſtolici Epiſcopi Romanæ Ciuitatis, qui eſt caput omnium Eccleſiarum. Papa, Apoſtolicus abſolutè dicitur in lib. Pontificali in Vitaliano. Papæ dignitas, Apoſtolatus, frequenter in Epiſtolis, ad Hormiſdam, Iuſtiniani & aliorum, poſteà frequenter: primus autem de ſe loquens, vt exiſtimo, Nicolaus dixit, Apoſtolatus noſter. S. Bernardus ad Eugenium, Tu hæres Apoſtolorum Poteſtate Petrus, &c. Longè quidem eminentiùs quam aliquando aliorum Epiſcoporum dicitur Apoſtolatus vt à Sidonio Apollinari epiſt. 4. & 7. lib. 6.

Quod autem exemplum vt putat antiquiſſimum à Nicol. ſec. & Gregor. ſeptimo accerſit Eraniſtes; poterat antiquius, à Nicolao 1. qui in Epiſtolâ quadam ad Hincmarum Archiepiſcopum Remenſem; Dei ſummi ſanctorumque Apoſtolorum Principum Petri & Pauli, & noſtrâ per eos auctoritate fraternitati veſtræ iniungimus, &c. Quod ex ante dictis nullo negotio intelligi poteſt.

Nicol. 1. to 3. Concil. Gall. Ann. 855.

IV.

Quartum Antonij de Dominis & Eraniſtæ argumentū huiuſmodi eſt. Sigilla quædam vetera Pontificiorum diplomatum memorat, in quibus Paulus non ſolùm Petro coniungitur, ſed etiam aliquando dextram occupat, ſicut alias dextram quoque Petrus, vt inde colligatur, inquit Eraniſtes, eos vnum eſſe, eorumque æqualitatē & vnitatem perfectam, conſeſſum determinatū minimè

Eraniſt. p. 14

pati. Si noſſet diſcrimen Eraniſtes, inter typum & ectypum, inter ſigillum & numiſma, plumbeum hoc argumentum non excudiſſet. Scio quid aliud reſpondeant Cardd. Baronius & Bellarminus; nam & hæretici contra quos egerunt, iam iſtud ad nauſeam dudum obiecerant. Legantur otioſis; certè nec otij jactura erit. Picturarum iſtarum ſitus non me magis mouent quam ſitus ille in Carmine, quo Paulus ante Petrum ponitur à Gregorio Theologo.

Baron.

Bellar. l. de Ro. Pont. c. 27.

Carm. 11. Iamb.

Ῥώμη δὲ Παῦλος καὶ Πέτρος νικηφόροι.

Roma verò Paulus & Petrus victoriam retulerunt.

Sed Paulinus Epiſcopus aliunde me ſolatur.

Roma Petro Pauloque potens.

Paulin. Natal. 3. S. Fel.

Extremum huius articuli argumentum ex Eccleſiaſtici officij variis locis exquiritur; in quibus nunc Apoſtoli *nec in vita nec in morte ſeparati*; *nunc Principes terræ*; *nunc ligandi ſoluendique licentiam accepiſſe dicuntur*: *tandem ſimul celebrantur*; ſed quid hæc probant omnia? niſi Apoſtolatûs vt iam diximus conſortium non verò Cathedræ & primatûs vnitatem; vbi verò quædam parilitatem inculcant, paſſionum certè & mortis, atque meritorum, non verò ſupremæ Dignitatis, vt iam oſtendimus, ſtatimque ex SS. Patribus quos ipſe præripere geſtit, Eraniſta, ſumus declaraturi.

Lib. ſuper. & hoc cap.

Conticere verò non poſſum de Hymni Ec-

cleſiaſtici, quem idem malè occinit, argutâ parodiâ: *dicit*, inquit, *Eccleſia Petrum & Paulum eſſe æqualiter iudices mundi & Principes Romanos.* Quo carmine id probat?

Ianitor Cœli, Doctor orbis pariter,
Iudices mundi, vera mundi lumina.

Sic tamen, vt legis, interpungit: quo certè modo, *Pariter* nil aliud quam *ſimul*, non verò *æqualiter* ſignificat: quo ſenſu dicitur Act. cap. 11. *Erant omnes diſcipuli pariter in eodem loco.* vel vnanimiter ὁμοθυμαδὸν.

Act. 2. v. 1.

Iam verò quàm pueriliter, concludit Petrum & Paulum æqualiter Romæ Principes vocari: ex his verſibus.

O Felix Roma, quæ ſanctorum Principum
Et purpurata pretioſo ſanguine!

Vxor Boetij.

Idcirco enim vt ſenſum hunc vitaret ſacra vates, quod facilè ad metrum potuiſſet, noluit *tuorum Principum*, ſed tantorum Principum, dicere: quod refertur ad titulum Apoſtolatûs qui & *Principatus* dicitur Pſal. cxxxviii. vt Apoſtoli omnes dicuntur etiam Principes Pſal. xliv. In quo nihil vetat, inter Principes vt quidam primarij, eximij & ἀρχιαίτεροι ſint, ſed non ſequitur eos eximios, abſque vllâ ſubordinatione continuò pares eſſe.

Illud ergo *pariter*, id eſt ſimul, in quo neruum ponit Eraniſtes ſententiæ ſuæ, refertur ad Societatem martyrij, & gloriæ, & ad verbum

poſſident, quo tetraſtichum hymni terminatur.

Ianitor Cæli, Doctor orbis pariter,
Iudices ſæcli, vera mundi lumina,
Per Crucem alter, alter enſe triumphans,
Vitæ Senatum Laureati poſſident.

Æquati ſunt enim illi Apoſtoli in Martyrij paſſione vt ſtatim ex S. Maximo dicemus. Tertullianus anteà. *Bene quod Petrus Paulo in Martyrio adæquatur.* *Tert. de præſcr. 24.*

CAPVT VI.

EXPENDVNTVR TESTIMONIA Patrum quibus M. Antonius de Dominis necnon Eraniſtes æqualitatem Pauli cum Petro in Cathedra & Primatu Eccleſiæ Catholicæ Apoſtolicæ & Romanæ ſuadere conati ſunt.

DEnſa illa & conferta Sanctorum Patrum teſtimonia quibus per omnes Eccleſiæ ætates circumfluentibus ſingularem Petri Cathedram ſeu Primatum, innumeris aliis præ copiâ prætermiſſis, oſtendimus: exiguam aut potiùs nullam abiis opem Aduerſariis ſperandam relinquunt. In illâ tamen patrociniorum quâ laborant inopiâ, perpauca in ſpeciem non tam vltrò ſuccurrunt, quam ab ijs auidâ quadam, quicquid obuium eſt, prenſandi cupidine ra-

piuntur. A leuioribus, ne nos in æſtu pugnæ remorentur, ducenda eſt proluſio.

I.

Mutuantur hoc primum ab S. Ambroſio teſtimonium. *Petrum & Paulum eſſe ſcitis Doctores Gentium, auctores Martyrum, Principes Sacerdotum.*

Ex S. Ambroſ. ſer. 1. de SS.

Elenchvs. Hæc omnia dici poſſunt non de SS. Petro & Paulo tantum, ſed de Petro & de omnibus aliis Apoſtolis veriſſimè prædicari. Dictum igitur putemus de omnibus Apoſtolis, Petrus & omnes alij ſimul Apoſtoli, ſunt Doctores Gentium, Auctores Martyrum, Principes Sacerdotum: quinam inde æqualitatem omnium Apoſtolorum cum Petro ſunt illaturi? ſunt verò multi, nempe hæretici: hoc enim iam fecerunt Lutherus, Caluinus, Brentius, Beza: ſic etiam Antonius de Dominis; Eraniſtes verò multo moderatiùs, qui ex hoc loco ſolam Pauli cum Petro parilitatem concludit, ſed tam impotenter, tam abſurdè, quàm hæretici ex ſimilibus locis cæterorum Apoſtolorum æqualitatem cum Petro inducunt. Ratio eſt, quia quamuis hoc cum Paulo commune habeat Petrus vt ſit Doctor Gentium, Auctor Martyrum & Princeps Sacerdotum: non deſinit habere hoc ſibi vni peculiare propriumque, diſtinctum à Paulo, vt ſit Primus Principum Sacerdotum, Caput Eccleſiæ vniuerſæ, & Apoſtolorum om-

nium Princeps & Paſtor, adeoque ipſius Pauli quod non habet Paulus: non enim Paulo Petrus, ſed *Paulus erat Subditus Petro* vt ait S. Gregorius. *S. Greg. ho. 18. in Ezech.*

II.

Alter locus eſt quibuſdam eiuſdem S. Ambroſij, pro certo verò B. Maximi Taurinenſis Epiſcopi. *Æquum erat vt vbi Gentilium Principes habitabant, illic Eccleſiarum Principes morerentur.* Comparat, inquit Eraniſtes, *principatum illorum Principatui Imperatorum, hac ſignificans comparatione eos eſſe Capita Eccleſiæ Romanæ ſicut Imperatores erant Vrbis & Imperij.* *S. Max. Hom. 5. de SS. P. & P.* *Eran pag. 17*

ELENCHVS. Nulla comparatio, nulla igitur illatio, aut ſi quæ comparatio: Vnus erat tunc temporis Romæ Imperator, Nero: Vnus igitur Pontifex ſupremus Eccleſiæ, Petrus. Ita Euſebius in Chronico; ita cæteri hiſtorici ſacri vt libro ſuperiori oſtenſum. Quod autem alluſione quadam ad Principes Gentium, Principes Eccleſiarum vocet Maximus iſto communi titulo æqualitatem omnem Poteſtatis & Dignitatis cuiuſuis in vtroque Ratione ſtantem non ſignificat, ſed Apoſtolatûs ratione tantùm, vt toties dictum eſt. Enimuerò Primatûs Poteſtatem, quam *Clauem Potentiæ* vocat, Petro peculiarem: vt clauem ſcientiæ ſublimioris peculiarem Paulo, facit idem Maximus. Atque poſtea in quo pares æſtimari debeant, ſubiungit. *Maximus ead. ho. 5.*

„ [Ergo Beati Petrus & Paulus eminent inter „ vniuerſos Apoſtolos, & peculiari quâdam prærogatiuâ præcellunt. Verùm inter ipſos quis „ cui præponatur, incertum eſt. Puto enim „ æquales eſſe meritis, quia æquales ſunt paſſio- „ ne: & ſimili eos fidei deuotione vixiſſe, quos ſi- „ mul videmus ad Martyrij gloriam perueniſſe. „ Et poſtea: Cuius autem meriti ſint beatiſſimi „ Petrus & Paulus, hinc poſſumus intelligere, „ quod cum Dominus Orientis regionem pro- « priâ illuſtrauerit paſſione, Occidentis plagam, « ne quid minus eſſet, vice ſui Apoſtolorum ſan- « guine illuminare dignatus eſt.]

III.

Tertia; quâ nititur Aduerſarius, auctoritas, nullius auctoritatis eſt, quum ſit vt fatetur ipſemet Eraniſtes, Hilarij, Diaconi quidem Romani, ſed qui Luciferianum ſchiſma fouit atque propagauit, hæreſimque ſchiſmati adjecit: vt ſcribit S. Hieronymus, qui eum ob iterationem baptiſmi *Deucalionem orbis* vocat: Periculoſus auctor, à quo ſibi timere debet Eraniſtes, ne in eorum ſit numero qui περὶ πίστιν ἐναυάγησαν, *naufragauerunt à fide*, vt ait S. Paulus. Quamquam huius ſcriptoris auctoritas explicationem etiam facillimè pati poteſt. Confert enim Paulum Petro ſolùm vt *vnanimem & Coapoſtolum*: deinde dicit habuiſſe *Primatum in prædicatione Gentium*, quod tamen limitat ad tempus quo Petrus dicitur

S. Hier. dial. Lucif.

Hilar. in c. 2 ep. ad Gal.

dicitur Antiochiæ habuiſſe *primatum in prædicatione circumciſionis*: nullam vero ſyllabam habet de Eccleſiæ Primatu, de quo quæſtio eſt. Imo verò idem ipſe in eodem commentario ſic ait: *Petrus accepit primatum ad fundandam Eccleſiam*: Iterum : *Soli Petro gratia Primatus inter Apoſtolos conceſſa eſt.*

IV.

Aliam autem difficultatem parere videtur locus S. Cyrilli Hieroſolymitani qui vtrumque ſimul Eccleſiæ Præfectum vocat : verba illius quæ apud Antonium de Dominis & Eraniſtam non extant : ἀγαθῶν ξυνωρὶς διορθοῦται τὸ πταῖσμα, Πέτρος καὶ Παῦλος γενόμενοι οἱ τῆς Ἐκκλησίας προστάται ἐπιδεικνῦντα τὸν νομιζόμενον θεὸν Σίμωνα, νεκρὸν εὐθὺς ἀπέδειξεν, *Bonorum par Petrus & Paulus, errorem corrigunt, Eccleſiæ Præfecti, & Simonem ſeſe pro Deo oſtentantem, morti ſtatim tradunt.* Verum hæc præfectorum Eccleſiæ connumeratio, quæ cuilibet alteri Apoſtolo cum Petro conueniſſet, nihil ad Pauli æqualitatem : à quo Petrum ratione poteſtatis continuò ſic diſtinguit Cyrillus. Πέτρος ἦν ὁ τὰς κλεῖς τοῦ οὐρανοῦ περιφέρων. Παῦλος ἦν ὁ εἰς τρίτον οὐρανὸν ἁρπαγείς. *Petrus erat Claues cæli circumferens. Paulus erat in tertium cælum quondam raptus.* Propriæ ſunt hæ notæ, proprij Characteres : nec Petrus in cœlum raptus erat : nec Paulus primarias & ſingulares cæterorumque clauibus dominantes habebat claues, ſolus ta-

Cyril. hier. Cat. 6. Myſtag.

les habebat Petrus. Quâ ratione peculiari Petrum à cæteris diſcriminat S. Cyrillus Catech. XI. & XVII. vt antea fidem fecimus.

V.

Grauior paulò controuerſia eſt, quoad Eccleſiam vt Romana eſt, à M. Antonio de Dominis ex antiquioribus Patrum excitata. Ex Cajo primùm & Dionyſio Corinthio apud Euſebium. Ille ſic habet in diſputatione cum Paulo Cataphryge, (verba Græca, ideo pono, quia ex verſionibus proletariis mirificas nobis ambages aduerſarij ſtruxerunt) ἐγὼ τὰ τρόπαια τῶν Ἀποστόλων τῶν ταύτην ἱδρυσαμένων τὴν Ἐκκλησίαν ἔχω δεῖξαι. *Ego poſſum tibi Apoſtolorum trophaea oſtendere qui hanc Eccleſiam fulciuerunt.* Petri ſcilicet in Vaticano:, Pauli in viâ Oſtienſi. Hic autem in epiſtolâ ad Romanos. ταῦτα καὶ ὑμεῖς διὰ τῆς αὐτῆς νουθεσίας, τὴν ἀπὸ Πέτρου καὶ Παύλου φυτείαν γεννηθεῖσαν Ῥωμαίων τε καὶ Κορινθίων συνεκεράσατε. Καὶ γὰρ ἄμφω καὶ εἰς τὴν ὑμετέραν Κόρινθον φυτεύσαντες ἡμᾶς ὁμοίως ἐδίδαξαν. Hæc ſimpliciter ita reddi debent. *Hæc & vos eadem conſilio coniunxiſtis, Romanorum ſcilicet & Corinthiorum à Petro & Paulo factam plantationem. Ambo enim ſerentes etiam in noſtrâ Corintho, nos ſimiliter docuerunt.* Hi vero loci ſic conuerſi nihil ampliùs difficultatis exhibent: nihil enim aliud volunt quam Petrum & Paulum Romæ docuiſſe Euangelium, quod vltrò confitemur, Paulum verò Eccleſiæ totius Caput non pro-

bant : bene verò Coapoſtolum & adiutorem Petri, primi Eccleſiæ Romanæ fundatoris, ſupremi verò vniuerſæ Eccleſiæ Paſtoris.

Addo verò, quantum ad Vniuerſalem Eccleſiam attinet, Paulum extenſiuè vt Philoſophi vocant, ob amplitudinem Prouinciarum & Nationum quas peragrauit & in quibus Eccleſias fundauit, Petrum ſuperaſſe. Vnde Origeni dicitur ὁ μετὰ τὸν Ἰησοῦν τὰς ἐν Χριστῷ πήξας ἐκκλησίας *qui poſt Chriſtum Eccleſias fundarit.* interpres de ſuo: *præcipuus Eccleſiarum fundator.*

VI.

Verùm aliquid ampliùs S. IRENÆVS, inquit M. Antonius; is enim ſcribit *Petrum & Paulum Romæ Euangelizaſſe & fundaſſe Eccleſiam*: deinde Gnoſticis ſucceſſionem Epiſcoporum primæ Eccleſiæ ſcilicet Romanæ ſic opponit. [Maxi- «
mæ & antiquiſſimæ & ab omnibus cognitæ à «
glorioſiſſimis duobus Apoſtolis Petro & Pau- «
lo fundatæ & conſtitutæ Eccleſiæ eam quam «
habet ab Apoſtolis traditionem, & annuntia- «
tam hominibus fidem, per ſucceſſionem Epiſ- «
coporum peruenientem vſque ad nos indican- «
tes confundimus eos, qui quoquo modo vel «
per ſui placentiam malam, vel vanam gloriam, «
vel per cæcitatem & malam ſententiam, præter «
quam oportet, colligunt (id eſt ſynaxes fa- «
ciunt.) Ad hanc enim Eccleſiam propter po- «
tentiorem principalitatem, neceſſe eſt omnem «

S. Iren. lib. 3. c. 1.

Idem lib. 3. c. 3.

„ conuenire Eccleſiam hoc eſt eos, qui ſunt vndi-
„ que, fideles: in qua ſemper ab his, qui ſunt vn-
„ dique, conſeruata eſt ea, quæ eſt ab Apoſtolis,
„ Traditio. FVNDANTES igitur & inſtruentes
„ beati Apoſtoli Eccleſiam, Lino Epiſcopatum
„ adminiſtrandæ Eccleſiæ tradiderunt, &c.

Duo ex hoc loco colligit M. Antonius. Primùm quidem Eccleſiam fuiſſe Romæ fundatam non ſolùm à Petro, ſed etiam à Paulo.

Alterum eſt, non ſolùm Petrum, ſed etiam Paulum fuiſſe & habitu & actu vt vocat, Epiſcopum Romæ.

Epheſ. 2. Apocal. duodecim fundamenta. S. Hieron. in Iouin.

Ad hæc reſpondere perquam facillimum eſt, ſi modo reuocemus in memoriam primò quidem omnes Apoſtolos, (præter illam fundamenti peculiarem Petro rationem de quâ lib. 1.) communi quadam inter ſe ratione eſſe fundamenta Eccleſiæ, quia per Euangelij prædicationem & miniſterium quod primi obierunt, Eccleſiam funditùs ædificare cœperunt. Secundò Eccleſiam non vno die fundatam dici, ſed toto illo decurſu prædicationis Euangelicæ quam Apoſtoli ſuis quique locis primi peregerunt, ita vt Petrus Eccleſiæ Romanæ fundationem extremo vitæ die abſoluerit, quo & ſanguine ſuo eamdem imbuens veluti cæmentauit. Tertiò Petrum primum omnium Apoſtolorum ſub Claudio Romam veniſſe, ibique fidei prędicationem & miniſterium exorſum

fuiſſe, antequam Paulus Romam accederet quod contigit ſolum ſub Neronis annum vt examuſſim probauit contra Parachroniſmos M. Antonij, Doctiſſimus Petauius. Quartò demum ſtatuendum eſt Paulum qui Petro Romæ diu collaborauit, cum eo Apoſtolatum exercuit, Gentiles & Iudæos conuerſos Petri Eccleſiæ aggregauit, & pro Chriſti fide mortem oppetens eodem quo Petrus anno ac die Martyrium fecit, Eccleſiæ fundandæ operam quoque inſignem cum Petro, ſed ſub Petro tamen nauaſſe, ita vt primas in omnibus Petrus ſemper retinuerit, quas nec alteri, quum iure diuino ſibi collatæ eſſent, cedere aut concedere poterat. Attamen quia Societas Ordinem aut Dignitatis & Iuriſdictionis Primatum non impedit, vt mox oſtendemus, Petro Paulus etia m fundator additur, vt ſecundus primo, non vt ęqualis.

Alterum quod à M. Antonio concludebatur, Paulum non minus Romę Epiſcopum fuiſſe, quia S. Irenęus dicit ambos *Epiſcopatum adminiſtrandæ Eccleſiæ Lino* tradidiſſe, pendet ex iis quæ ad proximam S. Epiphanij auctoritatem dicturi ſumus.

VII.

Hic eſt tandem Achilles Antonij de Dominis: Locus S. Epiphanij contra hęreſim Carpocraſianorum. ἐν Ῥώμῃ γεγόνασι πρῶτοι Πέτρος καὶ *S. Epiphan. in hær. 27.*

Παῦλος οἱ Ἀπόστολοι αὐτοὶ καὶ Ἐπίσκοποι, εἶτα Λῖνος, εἶτα Κλῆτος, εἶτα Κλήμης. *Romæ fuerunt primi Petrus & Paulus Apoſtoli ijdem & Epiſcopi : deinde Linus : poſtea Cletus : poſt hunc Clemens.*

Quamprimùm Liber Eraniſtæ in lucem erupit, occurri Illuſtriſſimo Viro, R. in Ch. P. Archiepiſcopo Corinthio, Pariſienſi Coadiutori digniſſimo, Doctrinę ſuper ętatem Virtutumque dotibus meritis, ęui noſtri Timotheo: hunc Epiphanij locum tractabat cum eruditis quorum aſſiduè coronâ cingitur; latiſſimum ille diſcrimen obſeruabat inter Epiſcopos τῆς Ρώμης, quod non habet Epiphanius, & Ἐπισκόποις ἐν τῇ Ρώμῃ quod habet Epiphanius de Ss. Petro, Paulo narrans. primum quidem ſoli Petro directiſque eius ſucceſſoribus: (vt reuerâ Anicetum Ρώμης Ἐπίσκοπον vocat :) alterum non ſoli Petro, ſed Paulo etiam extraordinario & aduentitio veluti Romę Epiſcopo, & à Petro propter Apoſtolatum pro tempore adiutori, conuenire. S. Leo ſer. 1. de Ss. P. & P. *Beatus Coapoſtolus tuus Petre, vas Electionis & ſpecialis Magiſter* Gentium *tibi conſecratus.* Neque enim dubium eſt S. Paulum vt Apoſtolatûs munia circa fidei prędicationem ſic & Epiſcopatûs Apoſtolatui per impoſitionem manuum ſibi adiuncti, officia plurima & miniſteria pręſtitiſſe: quum à Petro Linus, & Cletus, Epiſcopi ordinati, Epiſcopales etiam functiones obierint. Nec ambiguum

eſt, Petrum honorificentiori quodam modo Paulum, propter Apoſtolatûs dignitatem, ſibi adiutorem optaſſe atque aſciuiſſe, quàm Linum aut Cletum. Atque ideo apud Epiphanium nominatim à Petro Apoſtolo & Epiſcopo, vt Paulus Apoſtolus quoque & Epiſcopus aſſumptus duntaxat adjutor jungitur: non autem vt eiuſdem ſedis Epiſcopus proprius, vt vocamus nunc, titularis. Nunquam enim ſanctiſſima illa Eccleſiæ *μοναρχία*, multóque minus ab ipſis primordijs violata eſt: nunquam labefactata Sponſi vnius ſingularitas: de quâ paulò poſt ex profeſſo.

Euſeb lib. 3. hiſt c. 16. & lib. 4. c. 1.

τὸ μοναρχεῖν.

Præterire tamen haud poſſum, quod in lectione ſancti Epiphanij primâ fronte deprehendi: non videri verba illa, totumque contextum ſequentem, vbi de illa ſucceſſione Epiſcoporum agitur, eſſe ſancti Epiphanij, ſed alterius, vt ipſi aſſolet, fragmentum auctoris. Coniecturæ cauſſa hæc eſt: ſcriptor ille qui hunc Epiſcoporum Romanorum Catalogum recitat, ita loquitur. Ἦλθε μὲν εἰς ἡμᾶς ἤδη πως Μαρκελλῖνα τις ὑπ' αὐτῶν ἀπατηθεῖσα καὶ πολλοὺς ἐλυμήνατο ἐν χρόνοις Ἀνικήτου Ἐπισκόπου Ῥώμης τοῦ μετὰ τὴν διαδοχὴν Πίου καὶ τῶν ἀνωτέρω. *Ex Carpocraſianorum factione Marcellina quædam ad nos aliquando venit, quæ Aniceti Romæ Epiſcopi tempore pleroſque labefactauit. Aniceti inquam illius qui Pio alijſque ante eum ſuperioribus ſucceßit.* Atqui Epiphanius ab eà

Epiphan. in hær. 27. nu. 6

Marcellinâ & ab Aniceti tempore multis annorum centenariis diſtabat, non videntur igitur illius hæc verba, ſed auctoris alterius: Euſebij putat eſſe Vir Doctus, ſed hic etiam longiſſimè ab Aniceto. Vtcumque verò ſe hæc habeant, cùm nec Epiphanio improbentur, facilè, vt antea, expediri poſſunt. Tandem verò, vt apud omnes in confeſſo ſit S. Epiphanium Petro Paulum adiungere non vt ſupremum Pontificem, ſed vt Coapoſtolum, S. Epiphanius idem omnino de S. Iacobo ait in hæreſ. XLI. Cerdo, inquit, Hygini Papæ temporibus fuit, τὸν ἔνατον κλῆρον ἄγοντος ἀπὸ τῆς τῶν περὶ Ἰάκωβον καὶ Πέτρον καὶ Παῦλον Ἀποστόλων διαδοχῆς. *Qui in Apoſtolorum Iacobi, & Petri Paulique ſucceſſione nonum locum tenet.* Atqui nemo inde niſi abſurdiſſimè induxerit Iacobum fuiſſe Romæ Epiſcopum: ergo nec Paulum.

Quæ ex Petro Damiano & S. Catharinâ Senenſi ſubijcit Eraniſtes, ad Auctorum recentiorum examen pertinent ſub libri finem reponendum.

CAPVT

CAPVT VII.

S. PAVLVM SEORSIM A S. Petro memoratum, nunquam Apoſtolorum Principem, Eccleſiæ Caput, Vniuerſalis Eccleſiæ Paſtorem ſupremum, nunquam Romæ primum Epiſcopum, vt Petrum, ab Orthodoxis vetuſtiſque præſertim ſcriptoribus appellari.

NOn ſolùm proprij Apoſtolatûs, ſed etiam ſummæ dignitatis Pontificiæ radiis, Paulum Petro conjunctum aliquando coruſcare non abnuimus: quemadmodum ſidera quæ perenni ambitu Sol percurrit, ipſius colluſtratione plurimam luminis ac virtutis acceſſionem ſupremâ ſui parte percipiunt.

Quandocumque verò Paulus per ſe, ſoluſque memoratur, neſcio vbi Gentium apud Orthodoxos priſcoſque ſcriptores, Apoſtolorum omnium Princeps, Vniuerſæ Eccleſię Caput, ſupremus ouium Chriſti Paſtor, Romanę demùm Eccleſię primus Epiſcopus vſquam vnquam ſit nuncupatus.

I.

Petrus, etiam ſolus, *Apoſtolorum Principis* titulo exornatur. Frequentiſſima omnium Eccleſiæ teſtimonia libro ſuperiori comprobarunt: quibus addi poſſunt Hippolytus, Origenes Eu-

Hippolyt. de conſumm. Origen. 17. in Luc. Euſeb. 2. hiſt. 13. Baſil. in aſcet. de pecc. Paulin. nat. 4. Chryſol. ho. 44. Caſſian 3. de Incarn. S. Leo ſer. 2. de Apoſt. S. Greg. l. 4. ep. 3.

ſebius & Baſilius iterùm: Ephræmius in Panopliâ, Andreas in Apocalypſim, Maximus dial. de Incarnatione, Philippus Presbyter in Concil. Epheſino, S. Paulinus, Caſſianus, Chryſologus, alijque innumeri à quibus, eo quod aliorum labore collecti iam fuerant, conſultò abſtinuimus: qui certè omnes S. Gregorio concinunt: SANCTO & OMNIVM APOSTOLORVM PRINCIPI APOSTOLO PETRO.

Paulus vero, ſolus vbi celebratur, cui Ss. Patrum Apoſtolorum omnium Princeps dictus ſit, nec Antonius de Dominis, nec Eraniſtes oſtendit: M. Antonius quidem Chryſoſtomum citat, ſed falsò.

Paulus verò vbi communibus cum Petro encomiis excipitur, aliquando in huius tituli partem venit, non eo ſenſu, vt ſupremus Apoſtolorum, ſed vt inter eos eximius vnà cum Petro celebratur: S. CHRYSOSTOMVS Παῦλος καὶ Πέτρος οἱ στῦλοι τῆς Ἐκκλησίας, οἱ Κορυφαῖοι τῶν Ἀποστόλων, οἱ περιβόητοι ἐν οὐρανῷ, τὸ τεῖχος τῆς οἰκουμένης, τὸ κοινὸν φυλακτήριον πάσης γῆς καὶ θαλάσσης. *Paulus & Petrus columnæ Eccleſiæ, Coryphæi Apoſtolorum, in cœlo percelebres, Orbis terræ mœnia, commune terræ mariſque propugnaculum.* Latini crebrò Pontifices ipſi Nicolaus I. Ioannes VIII. qui tamen ſe B. Petri Vicarium, nunquam vero Pauli nominat. Ad Lambertum Comitem ſcribens: *Sedem Apoſtolicam quam Deus omnipotens ſupra Petram ſui nominis*

S. Chryſoſt.

Nicol. ep. 7. Io. ep. 45. 75. Ioan. act. ep. 73. to. 3. Concil.

fundare dignatus eſt, non ſolùm Reges & Principes terræ, verùm etiam Imperatores Auguſti & totius Orbis Domini ſuis apicibus, vtpote Caput omnium Eccleſiarum Dei, honorauerunt, digniſque præconiis eius Pontifices, VICARIOS SCILICET B. PETRI *Apoſtolorum Principis laudauerunt.* Paulus verò nunquam ita ſolus Apoſtolorum Princeps appellatur: ſed fortè vt Iacobus Petro additus dicitur propter Petrum ἡ πρεσβυτάτη καὶ κορυφαία τῶν θεολόγων ἀκρότης. ſummitas antiquiſſima & ſuprema Theologorum, id eſt Apoſtolorum vt exponit S. Maximus in cap. 3. Dionyſ. de diuin. nominibus.

II.

PETRVS etiam ſolus, *Caput Apoſtolorum*, *Caput Eccleſiæ* vocatur. S. CHRYSOSTOMVS non ſemel ἔκκριτος τῶν Ἀποστόλων, κορυφὴ τοῦ χοροῦ. *Princeps Apoſtolorum, verte xque cœtus.* S. AVGVSTINVS. *Petrus Caput Eccleſiæ & vertex. Primus Apoſtolorum,* ſed quis hac de re Catholicus addubitat?

S Chryſ. ho. 87. in Ioan. & 69. Pop. Ant. Et S. Cyrill. l. 12. in Io. S. Aug. ſer. 124. de tép. & 1. in Iulian. c. 2.

Paulus vero ſolus vbi *Apoſtolorum vel Eccleſiæ Caput* dicatur, doceat Eraniſtes.

Immò vero, vbi Paulus & Petrus ſimul Capita vel caput Eccleſiæ vocentur, prorſus ignoro: niſi apud Eraniſten: nec vllus enim Orthodoxus, nec Hæreticus, nec ipſe M. Antonius de Dominis cuius ſuccentor eſt & ὑποφήτης, id auſus eſt comminiſci

III.

SVPREMVS Eccleſiæ ouiumque Chriſti om-

S. Leo ſer. 3. anniuerſ. nium Paſtor & Rector, Petrus, etiam ſolus, appellatur. Locupletiſſima toto libro ſuperiore teſtimonia conſulenda ſunt.

Paulus verò ſolus ſupremus Eccleſiæ vel Ouilis Chriſti Paſtor, nemini dictus Orthodoxo.

Petrus verò ſimul cum Petro, *veri Paſtores* Eccleſiæ dicti S. Leoni. S. Leo Ho. de SS. Apoſt.

IV.

Primus Eccleſiæ Romanæ Epiſcopus, Petrus, etiam ſolus appellatus. Scriptorum locos libro priori retulimus: quibus Bedam hîc iamiam ſubijcimus.

Paulus per ſe ſoluſque, nunquã Romæ Epiſcopus vocatur. Petrus autem & Paulus ſimul ab Epiphanio vel alio apud eum ſcriptore οἱ ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐπίσκοποι *Epiſcopi apud Romam.* Quo ſenſu iam declarauimus, ita vt Paulus tantùm ordine, & officio adiutoris; Petrus verò propriè ac titulo eſſet Epiſcopus. Vnde Beda de Petro ſimul & Paulo verba faciens. [Scimus, inquit, " Petrum & Paulum Apoſtolos anno poſt reſur- " rectionem Domini triceſimo octauo, id eſt vl- " timo Neronis anno paſſos fuiſſe Martyrium, & " B. Petrum Romæ viginti quinque annis Epiſ- " copalem ſediſſe Cathedram.] Hæc mens, hic ſermo Eccleſiæ totius, à quo tempore primùm fundata eſt. Vnde Optatus Mileuitanus. [In Vrbe Roma Petro Cathedra Epiſcopalis colla-

Epiphan. in hær. 27.

Beda in cap. 15. Actor.

Optat. lib. 2. in Parmen.

ta eſt, in ea ſedit Apoſtolorum omnium Caput «
Petrus, inde & Cephas appellatus eſt : in qua «
vna Cathedra vnitas ab omnibus ſeruaretur: ne «
cæteri Apoſtoli ſingulas ſibi quiſque defende- «
rent.] «

V.

Nihil mirum igitur ſi omnia quæ ad Petrum vt ad omnium Principem Apoſtolorum : vt ad Eccleſię totius caput : vt ad ſupremũm Chriſtianorum Paſtorem, vt ad Romanæ demum Eccleſiæ proprium Epiſcopum ſpectant : Paulo, pręſertim ſoli, nunquam tribuantur. Quemadmodum Paulo nunquam tribuitur, PRIMATVS APOSTOLORVM, ſicut tribuitur Petro vt ſit καθηγήτης, ἀρχηγὸς, ἐπιστάτης, Κορυφαῖος τῶν Ἀποστόλων vt libro ſuperiori demonſtrauimus. S. Auguſtino tam ſæpe, tamque magnifice, vt hîc, *Apoſtolus Petrus in quo Primatus Apoſtolorum tam excellenti gratiâ præeminet.* Nec dicitur Pauli Cathedra, vt CATHEDRA PETRI SINGVLARIS à S. Cypriano, & ab Auguſtino. Nec Paulus dicitur *Petra ſuper quam Chriſtus Eccleſiam* fundauit : ſicut Petrus à tot tantiſque Patribus ita deſignatur. Nec Paulus abſolutè κλειδοῦχος, ſicut Petrus, etiam ſolus. Nec tandem ſicut Petri, ſic dicitur *Pauli Pontificium ſingulare*, vt S. Bernardo lib. ſec. de conſideratione.

S. Aug. l. 2. cont. Donat. de bapt. 1.

S. Aug. ſer. 15 de SS.

Vide teſtim. lib. 1. adde Theodor. ſtudit. ep. ad Paſchal.

CAPVT VIII.

PAVLI SINGVLARES QVÆDAM prærogatiuæ, Apoſtolis aliis minimè communes: quædam cum Petro: Primatus Eccleſiæ & Cathedra ſingularis Petri ſolius.

PRima Pauli prærogatiua, quâ cæteris excellit vel diſtat ab Apoſtolis eſt, *Vocationis genus & modus.* Vocatio ſiquidem in eo quod immediatè à Deo, ſimilis eſt Vocationi omnium Apoſtolorum: adeóque ipſius Petri ad Apoſtolatum vocationi, quâ in re confertur etiam cum æqualitate à ſancto Ambroſio libro de Spiritu Sancto. Sed genus, moduſve Vocationis miraculo conjunctus, Act. cap. IX. planè ſingularis eſt in Paulo: quia ſimul ad fidem & ad Apoſtolatum vocatus: quia per miraculum: quia Solus & extra ordinem: quia à Chriſto ſuſcitato, triumphante, de cœlo vocante, ſternente, exterius, interiuſque illuſtrante. Illa enim fuit vera Pauli, etiam ad Apoſtolatum vocatio: poſterior tantùm conſentanea Act. XIII.

S. Ambroſ lib. 2. *de ſpir. c. vlt.*

ALTERA, Raptus: quem ideò inter dotes Characteriſticas Pauli numerat ſanctus Baſilius ὁ ἐκ τῆς φοβερᾶς ὀπτασίας εἰς τὴν ἐπίγνωσιν ἀναχθεὶς *qui ex terrifico viſu ad notitiam euectus eſt.* Imò & Gen-

2. Cor. 12. S. Baſil. lib. 2 in Eunom.

tiles illum ex eo agnoſcebant, Auctor Philopatridos qui vulgò Lucianus, ſed antiquior eſt, ita Chriſtianum loquentem inducit, Γαλιλαῖος, ἀναφαλαντίας, ἐπίρρινος, ἐς τρίτον οὐρανὸν ἀεροβατήσας καὶ τὰ κάλλιστα ἐκμεμαθηκὼς δι' ὕδατος ἡμᾶς ἀνεκαίνισεν. *Galilaus, recaluaſter, Aquilo naſo, qui tertium aduſque cælum ſubuectus eſt & pulcherrima inde didicit, per aquam nos innouauit.* *Lucian. in Philip.*

Tertia, Doctrinæ ſublimitas, amplitudo: διδάσκαλος οἰκουμένης. *Orbis Magiſter* à S. Chryſoſtomo: ab eodem ita vocatur & Petrus, ſed aliâ ratione. Alij etiam Apoſtoli, ſed aliâ quoque, ob jus docendi & Miſſionem vniuerſalem. Sed Paulus ob Doctrinæ præ cæteris eminentiam & vaſtitatem. In Petro non minùs fidei, imo & ὑπεροχὴ πίστεως & Petra fidei Chryſoſtomo dicitur: ſed Paulus Doctrinæ celſioris, amplioris: quoad arcana præſertim illa verba quæ non licet homini loqui ſer. Cor. XII. S. Auguſt. XII. de Gen. ad lit. & S. Thom. Lect. 1. in illud Cap. *Chryſoſt. ho. 17. in Gen.* *idem.* *Baſil. 2. in Eunom.* *Chryſoſt. ho. 9. de pœn.*

Qvarta, labor & moleſtia: *Plus ego*, inquit, *in laboribus plurimis, in carceribus abundantiùs, in plagis ſupra modum, in mortibus frequenter.* Quò referendus etiam eſt immenſus ille tot regionum decurſus, ac innumerarum, quas in tot peregrinationibus conuerterat, non ſolum familiarum, ſed & animarum penè ſingularum cura, de quâ mirificè perorat S. Ioannes Chryſoſtomus. *2. Cor. 11.* *Chryſ. ho. de profectu Euang.*

QVINTA Paulus per excellentiam Apoſtolus vocatur. Ne ob Primatum putes. S. Auguſtinus Lib. III. ad Bonifacium *Apoſtolus cum dicitur ſi non exprimatur quis Apoſtolus, non intelligitur niſi Paulus, quia pluribus Epiſtolis eſt notior, & plus omnibus illis laborauit.*

Verùm haſce peculiares S. Paulo prærogatiuas eidem præconi Chryſoſtomo tam luculenter excultas, Lectori commendare ſufficit, qui eas vel Græcè, vel Latine à veteri interprete Aniano factas non pœnitendâ operâ perleget: conſideremus quas habet cum Petro communes.

II.

MITTIMVS igitur quas Paulo non ſolùm cum Petro, ſed & cum omnibus aliis Apoſtolis communes quiſque perſpicit: illas egregiè complectitur ex ipſis Apoſtoli verbis S. Auguſtinus libro de Geſtis contra Pelagium. [Hoc eſt quod quærimus, nempe iſto munere Apoſtolatûs omnes illas gratias contineri (quæ recéſentur à Paulo, I. ad Cor.) Non enim decebat aut oportebat Apoſtolum non habere, prophetiam, aut non eſſe doctorem, aut non clareſcere virtutibus, donationibuſque ſanitatum, aut adiutoria non præbere, aut Eccleſias non gubernare, aut linguarum generibus non excellere. Omnia hæc vnum nomen Apoſtolatûs amplectitur. Communes iſtæ ſunt: hæ vero

S. Aug. lib. de Geſt Syn. Pa'æſt cap. 11

ad

ad Petrum & Paulum tantum reſtrictæ

PRIMA. Mutatio nominis. Simonis in Petrum: Sauli in Paulum. S. CHRYSOSTOMVS, ſcribit ideo mutatum huic nomen, vt ſimilior Petro redderetur. ἵν' ὅπερ ἔσχεν ἐξαίρετον ὁ Κορυφαῖος τῶν μαθητῶν, τοῦτο καὶ αὐτὸν κτήσηται, καὶ πλείονος οἰκειώσεως ὑπόθεσιν λάβῃ, *vt haberet eamdem quam Coryphæus Apoſtolorum prærogatiuam, maioriſque ſimilitudinis argumentum acciperet.* *S. Chryſ. ho. in ep. ad Ro.*

ALTERA. Apoſtolatus tam in Occidente quàm in Oriente. De Oriente, Act. XIII. & Gal. ſec. de Occidente S. CYRILLVS. ὅτι δὲ καὶ ὁ θεσπέσιος Πέτρος, καὶ μὴν καὶ αὐτὸς ὁ πάνσοφος Παῦλος τὰ τῆς ἑσπέρας καταλαβόντες μέρη κατηγγέλκασι τὸν Ἰησοῦν, ἐνδοιάσειεν ἂν οὐδείς. [Quod autem & diuinus Petrus & ipſemet ſapientiſſimus Paulus, Occidentalibus partibus occupatis Ieſum annuntiarint, nemo ambigat.] *S. Cyrill. l. 2. in Eſ. or. 1.*

TERTIA. Prædicatio Euangelij Romæ, habita, eaque operoſa atque diuturna: cuius in partem licet venerit Ioannes Apoſtolus, quia tamen breuiori tempore, idcirco duobus Apoſtolis Petro primum, fidei illic annuntiatæ, dein Paulo laus aſcripta, ſocietas laudata: præter innumeros ſupra Chryſoſtomus copioſè & eleganter in epiſt. ad Rom. Lactantius antea; *Petrus & Paulus Romæ prædicauerunt: & ea prædicatio in memoriam ſcripta permanſit.* *S. Chryſ. ho. 32. Lactant. 4. inſt. c. 21.*

QVARTA. Martyrij Societas. Tertullianus ſu- *Tertull. Scorp. c.*

pra iterum Scorpiace. *Orientem fidem Romæ primus Nero cruentauit. Tunc Petrus ab altero cingitur, cum cruci adſtringitur. Tunc Paulus ciuitatis Romanæ conſequitur natiuitatem, cum illic Martyrij renaſcitur generoſitate.*

III.

Hæc tamen Petro Pauloque communia, PRIMATVM tamen ac Epiſcopatum Vrbis Orbiſque communem non faciunt. Vnde hæc omnia ex veterum etiam tractatorum dictis recolligens NICOLAVS IV. ſoli Petro ſedem reſeruat. Illuſtris eſt locus Decretal. [Petrus & Paulus illi ſunt per quos Euangelium Romę reſplenduit Iſti ſunt eius Patres verique Paſtores. Iſti ſunt qui vnâ die pro merito, vno loco pro gloriâ, ſub vno perſecutore pro parili virtute compaſſi, vrbem ipſam glorioſo cruore Martyrij Chriſto Domino conſecrarunt. Iſti ſunt qui illam in hanc gloriam prouexerunt, vt ſit Gens ſancta, populus electus, ciuitas Sacerdotalis & regia, PER SACRAM B. PETRI SEDEM Caput totius orbis effecta.]

De Elect. & Elect. poteſt. c. 17. ex S. Leon. & al.

CAPVT IX.

ARGVMENTVM M. ANTONII de Dominis & Eraniſtæ ab Vnitate ſedium Patriarchalium ex S. Gregorio petitum euertitur.

QVo ſancti Gregorij loco verſutè abutitur Antonius de Dominis, ad Patriarchales Sedes cum Romana exęquandas, eodem vti ſibi licere putauit Eraniſtes ad S. Pauli cum Petro iniquam prorſus æqualitatem aſſerendam. *Anton. de Dom. 3. de rep. Eccl. c. 10.*

I.

Hoc illius argumentum: hæc verba: [Duo Capita & duo Epiſcopi poſſunt eſſe vnum Caput & vnus idemque Epiſcopus: quum S. Gregorius aſſerat tres Sedes Patriarchales, Romanam, Alexandrinam, & Antiochenam efficere vnam & eamdem S. Petri ſedem verba eius ſunt. Cum ergo vnius atque vna ſit ſedes, cui ex auctoritate diuinâ tres nunc Epiſcopi præſident: quicquid ego de vobis boni audio, hoc mihi imputo. Si quid boni de me creditis, hoc veſtris meritis imputate: quia in illo vnum ſumus qui ait: vt omnes ſint ſicut & tu Pater in me, & ego in te ibidem. Cum multi ſint Apoſtoli, pro ipſo tamen principatu ſola Apoſtolo- *Eran. pag. 30. & 31.* *Gregor. li. 6. epiſt. 37. ad Eulogium Alexandr.*

„ rum principis ſedes auctoritate conualuit, quæ
„ in tribus locis vnius eſt.]

ELENCHVS. Hoc à te, Eraniſta, & ab omnibus Catholicis, ſi ſentire ita vellent, Schiſmatici omnes magno mercentur, vt ex loco Gregorij perperam intellecto, deteriùs æqualitatem Paſtorum ex vnitate Sedium concludas. Ecquid autem tibi concludendum? Petrum & Paulum æqualis poteſtatis ac dignitatis fuiſſe; id enim diſertis verbis habes pag. 33. illo Art. v. Vnde probas? ex loco Gregorij. Quid Gregorius? tres Patriarchas eſſe vnū: Quomodo vnum? Charitate hoc certum. Verba Chriſti aſſumit, ex Ioannis cap. XIV. Ex vnitate verò Charitatis, vt & fidei, Religionis quid ſperas? Vnitatem poteſtatis? æqualitatem Iuriſdictionis? ergo æqualitas poteſtatis erit inter omnes Eccleſias, omnes Epiſcopos, omnes fideles: inter hos enim omnes, debet eſſe vnitas fidei, religionis & Charitatis.

At Vnitas eſt poteſtatis, inquit, in illis ſedibus: nempe poteſtatis eiuſdem, quam habuit Petrus & quem reliquit trinæ illi Sedi Patriarchali. Itane verò? Eſto vnitas poteſtatis; vna ſit poteſtas Dei in Petro, in Paulo; Petri in Epiſcopo Romano, Alexandrino, Antiocheno, nunquid eodem modo participatur? num ſubordinationem vtriuſque erga Romanum excludit? hæreticis, hoc vt reſpondeant, ſua

dogmata relinque. Sed tu Catholicus Eraniſta, licet Catholicè non ſcribas. Aut patere hoc argumentum: huius vim loci, huius impetum auctoritatis aduerſum te retorqueri.

Primò, ſi ex vnitate illa morali & ſpirituali trium ſedium Patriarchalium, ſequeretur æqualitas inter Epiſcopos, quid hoc ad Petrum & Paulum tam remotos? ſpectaret id maximè ad earum Epiſcopos, qui tunc ſedebant quando Gregorius hæc ſcribebat: nimirum ad Gregorium Romanum, Eulogium Alexandrinum, & Anaſtaſium Antiochenum: atqui hæc æqualitas Schiſmatica eſt: Si enim tres Epiſcopi non fuerunt æquales: nunquam enim iure ſuo ceſſit vel cedere ſe poſſe credidit Gregorius Epiſcopus Romanus, quo duos alios ſibi ſubiectos diuinâ lege nouerat: ergo & quæcumque altera conſequentia de paritate alterius Epiſcopi, Romani etiam cum Romano, vt Pauli cum Petro, pariter Schiſmatica eſt. *Ad quem ſcribit. Greg. lib. 6. ep. 31.*

SECVNDO. Vnitas ſedium Patriarchalium, eſt tantùm vnitas relationis ſiue rationis non verò rei: quomodo apud Porphyrium *Omnes homines vnus homo*: imò analogica tantum eſt vt Philoſophi vocant, ab Vnitate Auctoris deriuata, vt iam diximus: ac proinde quemadmodum ex eo quod plures filij vnum Patrem habeant: multæ ciuitates vnum Legiſlatorem; variæ arbores, vnum ſatorem, non ſequitur *Porphyr. c. de ſpecie.*

aut eas, aut earum poſſeſſores æquales eſſe: ita neque ab Vnitate fundatoris, omnimoda in cæteris Eccleſiarum illarum æqualitas, vel Epiſcoporum concludi poteſt. Non video igitur vnde *perfectam æqualitatem Petri & Pauli* inde Eraniſtes, niſi præpoſterè poſſit argutari.

Eran pag. 33

Tertio. Vnitas illa Sedium trium Patriarchalium petitur ab Vnitate Auctoris ſeu fundatoris earumdem Eccleſiarum, Romanæ, Alexandrinæ, Antiochenæ, vt ex contextu allato clarum eſt. Atqui S. Gregorius docet ibidem: Solum Petrum, non vero cum Petro Paulum, fuiſſe illarum Auctorem & fundatorem: ait enim. *Itaque cùm multi ſint Apoſtoli, pro ipſo tamen Principatu, ſola Apoſtolorum Principis ſedes in auctoritate conualuit: quæ in tribus locis vnius eſt*: Ergo illa Vnitas ſedium ſolius Petri quidem poteſtatem ſupremam, non verò Pauli cum eo *perfectam æqualitatem* probat: quod ſiniſtrè concludit Eraniſtes: à quo alieniſſimus eſt S. Gregorius qui *Paulum Petro minorem & Petro ſubditum* dixit.

S. Greg. ho. 18. in Ezechiel.

II.

Dic igitur clarè, dic audacter quid ſentias, Eraniſta. Aut vis tres illas ſedes æquales eſſe: atque ita nihil mihi tecum Schiſmatico: aut inæquales fateris Romanæ ſedi duas: atque ita ad æqualitatem, quam in Petro Pauloque vis probare, nihil conferunt.

Tametſi verò nonnunquam illæ ſedes con-

ferri videantur inter ſe Patriarchales: Romanæ tamen ſua iura, ſua πρεσβεῖα, ſua πρωτεῖα, ſua προνόμια ſupremæ toto orbe Pontificiæ poteſtatis, vltra Patriarchalem Occidentis dignitatem, illabefacta ſeruantur: vt toties ac toties viri docti ad Canonē Nicænum VI. Conſtantinopolitanum & Chalcedonenſem docuerunt. Quocirca tres olim, quinque poſtea Patriarchas Caput vel Capita Eccleſię abſolutè dici nolunt: quamuis enim admiſſa inter eos erga Romanum ſubordinatione, Catholico animo Theodorus ſtudita apud Baronium dixerit Eccleſiam eſſe πεντακέφαλον *quinticipitem*: id tamen ſuſpectum Orthodoxis qui eamdem in Balſamone Antiocheno Schiſmatis ſignifero, locutionem damnant. Hic enim Eccleſiam πενταχόρυφον cum ſcripſiſſet ſic exponit: Poſtea quinque illa capita Vnum Caput efficere, cuius ſunt veluti quinque ſenſuum organa. τοὺς ἁγιωτάτους Πατριάρχας πέντε, μίαν οἴδαμεν κεφαλὴν τοῦ σώματος πασῶν τῶν Ἐκκλησιῶν τοῦ θεοῦ. *Sanctiſſimos quinque Patriarchas nouimus eſſe* VNVM CAPVT *corporis omnium Eccleſiarum Dei.* Caue Schiſmaticum hunc fucum & virus. Quid autem Eraniſtes? Duo Capita VNVM CAPVT efficere. Solo numero ab altero diſſentit, non errore.

Baron. an. 819. 35.

Balſam. opuſc. de v. Patriarchis in iure Orientali.

III.

Præclara quidem effata Ss. Cypriani, Auguſtini, Symmachi, ſed errori ſuo nunquam pa-

trocinatura recitat Eraniſtes. Ille, inquit ſic decernit, *Epiſcopatus vnus eſt, cuius à ſingulis in Solidum pars tenetur.* Malum omen Eraniſtæ, quod hoc loco hæretici aduerſus Eccleſiæ Monarchiam primùm abuſi ſunt, adeo veſtigiis ipſorum totus inſiſtit. Vnus Epiſcopatus, teſte Cypriano inquiunt, ergo pares Apoſtoli omnes, pares Epiſcopi Eraniſta vero, *Vnus Epiſcopatus*, ergo Petrus & Paulus pares, imo vnus Epiſcopus. Hæreticis quomodo Catholici reſpondent. *Vnus Epiſcopatus* quomodo Eccleſia vna eſt, quomodo vna arbor ex multis partibus heterogeneis & inæqualibus conſtans, ramis, trunco, radice vt ibidem habet S. Cyprianus. Sic Eccleſiæ prima & ſuprema pars radicis & Capitis in cæteras partes influentis inſtar eſt Eccleſiæ Romanæ ſedes: cæteræ partes inæquales, diſſimilares, à ſingulis Epiſcopis in ſolidum tenentur cum relatione & ordine dependentiæ à Romana vt à Capite influente tam in vniuerſas quam in ſingulas Eccleſias: quæ in ſe ſpectatæ, in ſolidum à ſingulis Epiſcopis qui inæquales etiam ſunt, tenentur. Quid reſpondebunt verò Catholici ad Eraniſtam? Idem planè: ac proinde nihil de æqualitate ſiue Eccleſiarum, ſiue Epiſcoporum vel Pontificum duorum ſimul in eadem ſede illi concedent: & in Vno illo Epiſcopatu Vniuerſali non duplex aut ex parallelis perſonis compoſitum, ſed vnicum & ſingulare Caput aſſerent.

Cyprian. de vnit. Eccl.

Apud Bellarmin. l. 2. de Ro. pont. 16.

S. Cyprian. ibid.

Addit

Addit Eraniſtes: ex S. Auguſtino, *Omnes Epiſcopi vnus Paſtor, omnes oues Chriſti ſunt vna Ouis.* Ergo à ſimili duo Paſtores Petrus & Paulus vnus Paſtor. Quale, ô Theologi, argumentum? Merus paralogiſmus eſt: Quo enim ſenſu vnum eſſe vult Caput, Petrum & Paulum? ratione ſcilicet poteſtatis non ſolum æqualis, ſed vnius omnino qui probat? ab vnitate quæ inter oues Chriſtianas, inter omnes quoque earum Paſtores reperiri debet: hæc autem vnitas Ouium & Paſtorum omnium, qualis eſt? Non eſt vnitas poteſtatis: quæ in ouibus nulla eſt: in Paſtoribus vero diuerſa & impar: Vnitas igitur illa eſt fidei, Charitatis, communionis myſteriorum, quæ conteſſeratio dicitur à Tertulliano. Atqui talem concedimus in Petro & Paulo, non vero vnitatem poteſtatis, quantum ad Primatus ſeu Cathedræ ius attinet. Deſultorium igitur argumentum eſt, ſuoque motu ſponte corruit & frangitur. Præterea vero ex eo, tam verſatile eſt, vt concludi poſſet hodierna etiam die, cum ſit vnitas ouium & Paſtorum Eccleſiæ, duos debere vel poſſe Pontifices eſſe, parem vnamque ſortientes in Eccleſiâ poteſtatem: quod tamen vehementer eluctatur paulo poſt Eraniſtes. *S. Aug. lib. de Paſt. c. 13.*

Similis imbecillitas ratiunculæ huius: [Qui plantat & qui rigat vnum ſunt: idem igi- *Eran. p. 33. 1. Cor. 3.*

« tur Petrus & Paulus fuerunt qui Eccleſiam
« Romanam æquè fundarunt.] Quomodo ve-
S. Aug. l. 3. cont. lit. Petil. rò qui plantat hoc eſt qui Catechumenum
facit; & qui rigat, hoc eſt qui baptizat, vt
exponit Sanctus Auguſtinus, vnum ſunt? fi-
de, Religione, Charitate, non poteſtate:
Aliàs Lectorem, Diaconumque Presbytero,
Presbyterum Epiſcopo ſæpiùs æquaueris. Ad-
de quod κατὰ πόδας Paulus eo loci non compa-
rat inuicem eum qui plantat & eum qui ri-
gat, in poteſtate: ſed potius in defectu po-
teſtatis in quo æquales ſunt penes Deum
abſque auxilio cuius, [Neque qui plantat,
Ibid. " neque qui rigat, (id eſt neque doctrinam
" præbens, neque eam excolens) eſt aliquid,
" ſed qui incrementum dat Deus.] Præclarè S.
S. Chryſ. ho. 8. in 1. Cor. " Chryſoſtomus ad eum locum, τὸ μὴ ἐπαίρεσθαι
κατ' ἀλλήλων ἓν εἶναι αὐτούς φησι, πρὸς τὸ μηδὲν δύνασθαι
ἄνευ τοῦ αὐξάνοντος θεοῦ. *Vt ne quis contra alterum in-
ſoleſcat, vnum ait eos vtrumque eſſe vt pateat vtrum-
que nihil poſſe abſque Deo qui dat incrementum.*

CAPVT X.

RATIO DVCTA EX CONSORTIO *imperij Remi & Romuli aliorumque Impp. exemplis, exploditur.*

IGnarus & anxius vbi pedem figat, aut quo demùm confugiat, Eraniſta, innumeras Olympiadas reuoluit, & vetera Palilia vel Parilia, quibus auſpicia Romæ facta ſunt, coram Chriſtianis celebrat. [Mira, inquit ſimilitudo inter fundationem Vrbis Romæ & Eccleſiæ Romanæ fundationem: quia Vrbs Roma fundata eſt à Geminis Remo & Romulo: & à duobus Regibus qui ex æquo Regnum poſſidebant.] *Eran. pag. 33*

Siccine verò Eraniſta, *glûbis magnanimos Remi nepotes*? Sic vrbis æternæ totum orbem amplexæ imperio, ab ipſis natalibus illudis? Neſcis rei Romanæ antiquiſſimum ſcriptorem ſoli Romulo, non autem Remo fundatę Vrbis gloriam tribuere? Varronem lege. Alij verò ſoli Remo eamdem tribuunt: alij ſimul eos conditores vocant; ſed malis auibus. Imperium verò vnum & cómune, nemo vnquam mortalium. *Regnum*, inquis, *ex æquo poßidebant.* Quin addis, & vt Regnum ex æquo poſſideri poſſe teſtatum facerent, vnus alterum interfecit? De nominis *Varro rei ruſt. l. 3. c. 1.*

impoſitione primùm iurgati ſunt: ἑκατέρου τὸ πλέον ἔχειν ἀφανῶς διωκομένου. *Vtroque potiorem ſe eſſe clam affectante*: poſtea ad augurium prouocarunt, eo vſque prorupit diſſidium vt pugnam inierint, in quâ cæſus Remus: aliter etiam narrari ſcribit Dionyſius: Remum quidem Romulo principatu ceſſiſſe: muros autem cum tranſiliiſſet, obtruncatum. Habitum pro certo id, *fraterno primi maduerunt ſanguine muri*. Quid igitur per vtriuſque fratris imperium obtrudere conatis?

Dionyſ. halicar. 1. antiq.

Ibidem. συγχωρήσαντα ἡγεμονίαν.

At profanorum voce reſpondere tædet; loquatur S. CYPRIANVS libro quod Idola dij non ſint. [Quando vnquam Regni Societas aut cum fide cœpit aut ſine cruore deſiit? Sic Thebanorum germanitas rupta, & permanens rogis diſſidentibus etiam in morte diſcordia: & Romanos geminos vnum non capit regnum, quos vnum vteri cœpit hoſpitium.

S. Cyprian. l. de Idolor. Vanit.

Vis S. *Hieronymum* adijciam? *Roma vt condita eſt, duos fratres ſimul habere Reges non potuit, & parricidio dedicatur.*

S. Hieron.

I nunc Eraniſta & nobis cunabula vrbis Romæ, vnumque Remi & Romuli imperium quod in rerum natura nunquam fuit, ſomnioque tantum tuo effloruit, in exemplum propone. Dicam equidem libere, tam parum aptum, eſt quam exemplum Abelis & Caini.

II.

Sed, inquis, [Romanum imperium permanſit Monarchicum, etiam apud plures Imperatores: quia erant conſortes imperij, id eſt idem jus ſupremum poſſidentes, nec vt ab inuicem pendentes, ſed tanquam ſubjecta duo eamdem auctoritatem obtinentia, ſiue ſeorſim eſſent, ſiue ſimul. Vnde altero diem extremum obeunte, imperium non vacabat, omniſque poteſtas ſuprema in ſuperſtite ſuperſtes erat: cui liberum, alterum Collegæ ſui ſucceſſorem eligere, vel ſingulariter imperare.] Hæc Eraniſtes. *Eran. pag. 57*

Politicam nouâ Theologiâ digniſſimam miraris Lector; nec Hiſtoriæ diſſimili peritiâ adornatam. Percontor itaque, quo primum tempore Romanum imperium duos Imperatores vidit ac tulit? Primus Antoninus Philoſophus Lucium Verum *nouo beneuolentiæ genere in partem imperij aſciuit.* Rectè inquies, hoc contendit Eraniſta. Sed caueat ſibi deinceps. *Aurel. Victor. in Cæſarib.*

Lucius Verus ab M. Antonino aſcitus quomodo cum eo imperauit? vt Proconſul, vel vt Legatus cum Proconſule. Iulius Capitolinus in eius vitâ *fratrem ſibi participem in imperio deſignauit, Cæſarem atque Auguſtum dixit: atque ex eo cœperunt Remp. regere. Tuncque primùm Romanum Imperium duos Auguſtos habere cœpit*, feliciter hactenus ad votum Eraniſtæ. At idem Hiſtoricus rem declarat in vitâ L. Veri. [Marcus in *Iul. Capitol. edit. Salmaſ. p. 25.*

„ eum omnia contulit, participatu etiam Impe-
„ ratoriæ poteſtatis indulto: ſibique conſortem
„ fecit, quum illi ſoli Senatus detuliſſet impe-
„ rium. Dato igitur imperio & indultâ tribunitiâ
„ poteſtate, Proconſulatûs etiam honore delato:
„ Lucius Marco vicem reddens, ſi ſuſciperet, ob-
„ ſecutus vt Legatus Proconſuli, vel Præſes Im-
„ peratori.] Id eſt quoties Marcum Lucius ſuſci-
peret, eique in negotiis concurreret, ſemper obſecutus eſt. Quale verò eſt Imperium obſequentis? idque vt Legatus Proconſuli vt Præſes imperatori obſequitur. Vnde & L. Verus in Syriam profectus inſignia ac ornamenta Proconſulis ſuſcepit. Imperator igitur erat nomine ac Honoris ſpecie tenus, ſed reuera poteſtate ſecundus Antonino. Quapropter toto imperij curſu nihil præter vitam voluptuariam egit; quâ & ante M. Antoninum, à quo imperii inſignia tantùm acceperat, exutus eſt, & ictu ſanguinis extinctus.

III.

De cæteris imperatoribus, qui ſocium participemque Dignitatis ſibi adlegerunt, non aliud iudicium ferendum eſt; vt de Gordiano primo qui Gordianum filium: de Vibio qui Voluſianum F. de Valeriano qui Gallienum F. Auguſtos fecere. Summam enim rerum, Principemque poteſtatem ac ditionem ſibi retinuerunt: Alij diuerſis locis, ac proinde diuerſo

velut imperio regnarunt, quod inſtituere tandem coactus eſt Conſtantinus: iuxta cuius mandatum, [Ad tres, inquit hiſtoricus, Orbis Romani dominatio redacta eſt: Hi ſinguli has partes regendas habuerunt: Conſtantinus iunior cuncta trans Alpes: Conſtantius à freto Propontidis Aſiam atque Orientem: Conſtans Illyricum, Italiamque & Africam, Dalmatiam, Thraciam, Macedoniamque & Achaïam. Interim ob Italiæ Africæque ius diſſentire ſtatim Conſtantinus & Conſtans cœperunt. Conſtantinus latrocinij ſpecie dum incautus fœdéque temulentus in aliena irruit, obtruncatus eſt, &c.] Quod ad hæc Eraniſtes? Pares Aquilas reperiet, ſed longo tractu diſſidentes illam deinceps in Occidente, hanc in Oriente volitantem. Atque ita nullum eſt imperij eiuſdem conſortium, quale ſibi delicatè fingit.

Aurel. Vict. in Conſtant.

CAPVT XI.

ERANISTÆ PERNITIOSVM DOGMA DE MVLTIPLICITATE SEV NVMERO CAPITVM IN EADEM MONARCHIA.

PEriculoſam de Monarchiâ diſceptationem inuitus attingo: ac primùm omnem inuidiæ ſuſpicionem ab humano Lectore, maximo-

perè deprecor, quam Eraniſtes ipſe ſibi temerè conflauit.

Eran. art. 8. Verba illius ſimpliciſſimè reddita: [Certum eſt MVLTIPLICITATEM CAPITVM non repugnare Monarchiæ: niſi cum ita poteſtatem ſupremam participant, vt nullum eam plenè poſſideat: quemadmodum cernitur in ſtatu Ariſtocratico & in Oligarchico, in quibus auctoritas ſuprema nonniſi in cœtu Capitum exiſtens ita diuiſa eſt, vt in nullo particulari integra reperiatur. Sed quando plenitudo poteſtatis ita eſt in pluribus, vt actus ſupremæ auctoritatis exercere poſſint tam ſeparatim quàm OMNES SIMVL: Iſta pluralitas non eſt contraria Vnitati ſtatûs Monarchici, quia non prohibet quin vnumquodque Capitum ſit Princeps abſolutus & quin auctoritas ſuprema non permaneat in pluribus ſubiectis, non ſecùs ac ſi vnum eſſet.

I.

ELENCHVS. Doctrinam hanc nemo de Monarchia benè ſentiens non ſolùm abſque faſtidio, ſed abſque ſtomacho & indignatione ferre poſſit. Contemplemur primùm verba, deinde res ipſas. Quis audita MVLTIPLICITATE CAPITVM, non ſtatim Monarchiæ perniciem ac interitum animò concipiat? Monarchia eſt Vnitas Capitis ἑνάδος: ergo multiplicitatem Capitum auerſatur ac reſpuit. Sufficit vel

vel nuda Verborum notio ſeu terminorum prima ſignificatio, vt Dialectici nuncupant, ad iſtud menti protinus inculcandum etiam obtuſiſſimæ, dummodo ſanæ hominemque ſapienti *διοίκησις ἑνὸς ἀνδρὸς ἀγαθοῦ*, *Vnius viri boni adminiſtratio eſt*, inquit poſt Philoſophos Dio Sophiſta *μοναρχία μονοκρατορεία*, *μονάρχῳ* *Solus Regno.* De vocabulo ſatis. *Plato Polit.* *Dio orat. de Regno* *Suid. verbo μοναρχ.*

Si rem autem ipſam attendamus: duos ſimul imperare pariter abſurdum, ac gemino Sole mundum, duplici animâ corpus, diuersâ mente animam agi ac moueri. Nolo communem locum exornare. Dicam ſummatim & concisè. Hoc non patitur natura MAIESTATIS. Nullus vertex niſi vnicus, nihil ſummum eſt, præterquam ſingulare. Nec idem faſtigium aut apex duorum eſſe poteſt. Plures quidem in firmamento ſtellæ, populi inſtar: Planetis ſuus cuique Orbis, in aſtra dominantibus.

Mitto ſexcenta incommoda ex regnantium aut ſubditorum Amore, odio, liuore, tædio, inconſtantiâ, vario denique cupiditatum æſtu aduerſus alterutrum aut vtrumque pullulatura. Sileo funeſtos caſus, cataſtrophas, theatra denique, cruore adoptantium aut aſcitorum Principum exundantia. Hæc ad Cothurnum, vel ad declamatorum ſubſellia. Quamquam nec in ſacris monimentis exempla deſideres; lugubria prætereo. In ſerenis autem & fauſtis, Ioſephi

primo exemplum occurrit, cui licet poteſtatem adminiſtrationis penè immenſam Pharao cum inſignibus conceſſerit: parilitatem tamen excepit, *Vno*, inquit, *Regni Solio te præcedam.* Phi-

Geneſ. 41.

lo Hebræus τὰ δευτερεῖα φέρεται βασιλέως, οὔτε ἰδιώτης οὔτε βασιλεὺς, ἀλλ' ἀμφοῖν μεθόριος, ἰδιώτου μὲν ὢν κρείττων, ἐλάττων δ' εἰς ἀρχὴν αὐτεξουσίου βασιλέως. *Secundas poſt Regem ſortitur, nec priuatus, nec etiam Rex, ſitus in amborum confinio, priuato potior, Rege verò, qui ſui iuris eſt, inferior.* Nec id mirum dictu: ſupremæ ſiquidem poteſtatis eſt, vt ſibi parem efficere nec debeat nec poſſit. Legatur Ariſtoteles III. de rep. quâ ratione μόναρχοι συνάρχους habeant necne.

Philo Heb. lib. de Ioſ.

Ariſtot. lib. 3 Politic.

II.

Diſplicet etiam mihi vehementer in Eraniſtæ Politicâ, quod ait, *Actum ſupremæ poteſtatis poſſe, quam bene ab vno, tam ab omnibus ſimul exerceri.* Enimuero iam neque numero ſeu Multitudini Capitum, ſic enim vocat, modum vllum ſtatuit, eademque ratiocinatione ſexcentis Capitibus æquè ac duobus Monarchiam perfectam exercendam tradit: vnde & concludit, *Iſta pluralitas non eſt contraria Vnitati ſtatûs Monarchici.* Quod affectionis genus omnem planè Monarchiæ formam abolere perſpicitur; meramque illius in locum πολυκοιρανίην, id eſt anarchiam intrudere. Vbi Gentium id vel inter duos vnquam conſtitit an apud Spartanos, vbi duo Re-

ges, hinc ex Proclis, inde ex Euriſtæi familia erant? Sed nouimus quid fuerit Laconicum Regnum, Ephoris ac Senatui obnoxium, ſummæ vacuum poteſtatis. Dic ergo, Eraniſta, dic quibus in terris? Incredibile verò eſt ſi optima eſſet, vt eam impensè iactas, imperij forma; eam nullibi terrarum ab orbe condito, à mortalibus qui cæteras rei publicæ formas experiri voluerunt, prætermitti non potuiſſe: niſi quod non ſolum iniquiſſima, ſed etiam impoſſibilis moribus hominum foret. Quis enim aliàs diuinam in re tam opportunâ, defuturam eſſe prouidentiam credat? ἐκ Διὸς βασιλῆες. Ab Ioue ſunt enim Reges: aut Apoſtolicis potiùs verbis, omnis poteſtas à Deo ordinata. *Æmil. Prob. in Ageſilao.*

Quo igitur pacto, neque hominum inuentis ac inſtitutis, neque diuino vnquam conſilio nutuque, duo ſimul eidem populo regnoque minimè ſciſſo, pari Maieſtatis & potentiæ momento, diu feliciterque Principes imperarunt? Memini quidẽ Dauidẽ gratias egiſſe Deo poſt vnctum conſecratumque Salomonem, quod hunc regnantem aſpiceret: Ita eſt, ſed ad breuiſſimum tempus: ſed moribundus, regendique iam impotens: ſed regno ſe exuens, & poteſtate velut abdicans: [Et adorauit Rex in lectulo ſuo: inſuper & hæc locutus eſt: Benedictus Dominus Iſraël, qui dedit hodie ſedentem in ſolio meo, videntibus oculis meis.] Quod aliter ſi *Lib. 3. Reg. c. 1.*

cui videbitur, Salomonis regnum dumtaxat ab exceſſu Patris numerari forſan aduertet: vtrumuis ſanciatur, duo ſimul reipsâ non imperarunt.

III.

Quare nec præter expectationem eſt, illa regni ab Adoniâ affectati ſuſpicio, ſimultas, vltio. Nunquam æquior: nunquam facilior geminandi ſceptri ac diadematis occaſio; Adonias frater, natu maior, hinc Sacerdotum; illinc militiæ Principis fauore fultus: Matris quo-
Reg. l. 3. c. 2. que indulgentiâ ſubleuatus. Verum & matre conjugij facultatem cum puellâ Regiâ Sunamide, flagitante, nihil cunctatur Salomon: *Poſtula ei & Regnum.* Exitum rei luctuoſiſſimum non commemoro. Regnum adeo non capit duos. Theodoritus, eumque ſecutus Proco-
Theodorit. pius hanc Salomonis, ſocium etiam in fratre
in 2. Reg. q. 7 auerſantis, ſeueritatem vocant τὴν βασιλεῦσιν ἁρμόττουσαν τελειότητα. *Perfectionem Regibus conuenientem.* Non moror factum Roboami, Abiam aliis fratrum etiam maioribus præferentis, vt ne pluribus, ſed vni Monarchiam Iudâ, fœdiſſimè nuper ab Iſraële diuulſam relinqueret. Adeo Regnum plures abnuit.

IV.

Vt Gentium verò annales: atque obuia in iis exempla decerpere animus eſſet, Volumina deeſſent. Philoſophorum quoque Ciui-

lium, Sophiſtarum ac ſolertiorum hiſtorico-
rum excipiendis locis, locus non ſufficeret.
Pondere non autem numero certandum eſt.

Atque vt à doctiſſimi Eraniſtæ exemplo Romuleo non diſcedam, nec ab Auguſtino quo familiariſſimè vtitur, rerum non ſolum ſacrarum ſed & τῶν ἔξω peritiſſimo: hoc vnum ex Principe Doctore, lib. v. de Ciuitate Dei. *S. Aug. l. 15. de Ciuit. c. 5.*
[Primus terrenæ Ciuitatis Conditor fratricida,
vnde mirandum non eſt quod tantò poſt in ea "
ciuitate condenda quæ fuerat huius terrenæ ci- "
uitatis Caput futura, & tam multis Gentibus "
regnatura, huic primo exemplo, & vt Græci ap- "
pellant, ἀρχετύπῳ, quædam ſui generis imago "
reſpondit: nam & illud ſicut ipſum facinus "
quidam poſtea commemorauit *illorum fater-* *Lucan. 1. Pharſal.*
no primi maduerunt ſanguine muri, ſic enim "
condita eſt Roma, quando occiſum Remum à "
fratre Romulo Romana teſtatur hiſtoria, niſi "
quod iſti terrenæ ciuitati ambo ciues erant, & "
ambo gloriam de Romanæ Reip. inſtitutione "
quærebant. Sed ambo eam tantam, quantam "
SI VNVS ESSET, habere non poterant. Qui "
enim volebat gloriando dominari, minus vti- "
que dominaretur, ſi eius poteſtas VIVO CON- "
SORTE minueretur. Vt ergo totam domina- "
tionem haberet vnus, ablatus eſt ſocius: & "
ſcelere creuit in peius, quod INNOCENTIA "
MINVS eſſet in melius. "

Vbinam fœlix illa perfectaque in duobus vel pluribus Monarchia Eraniſtica, Remi & Romuli fortunatiſſimis, ſi quid in fraternâ cæde boni eſt, auſpiciis conſecrata? O Politicam aleæ plenam? ſed hæc Aræ Lugdunenſi & Philologorum filiis dimittamus, apud quos egregiè vapulabunt. Præterea Regiæ auctoritatis obſeruantiſſima Patrum Curia, hâc nouæ Monarchiæ doctrinam quo vultu exceptura ſit, plurimùm formidare debet Eraniſtes.

CAPVT XII.

EX MONARCHIA SANCTISSIMÆ Trinitatis, fictitiam plurium Principum Monarchiam aſſeri non poſſe.

Admirandæ politicæ ſuæ quo faciliùs fidem conciliet Eraniſtes, vltra cœlum euehitur, eamque à celſiſſimo Trinitatis ſolio ad mortalium vſque ſedem atque commercium ſe deducere ſibi potiùs quàm nobis imponit.

Eran pag.57 [Sic, inquit, ſtatus ſanctiſſimæ Trinitatis « eſt perfectè Monarchicus ſecundum Patres: « quia licet tres perſonæ differentes (diſtinctas « dicere debuerat) omnes habent tantùm vnam « potentiam, tam ſupremam ac independentem « in ſingulis, quàm in omnibus: vnde ſunt vnus

Dominus, & vnus Rex ſecundùm fidem Eccle- "
ſiæ & ſecundùm ſcripturas. SIC IMPERIVM "
ROMANVM REMANEBAT MONARCHICVM, "
CVM ESSET PENES PLVRES IMPERATORES.

ELENCHVS. O doctrinæ prodigium! ô ſolertiſſimam argumentationem! ſiccine ἀεροβατεῖν καὶ περιφρονεῖν τὸν ἥλιον; Valete mortalia, nihil vobis, nihil ſibi ſapit amplius Eraniſtes. Iam enim quid abeſt, quin tres in Eccleſia Pontifices, Tres in Imperio Cæſares velit, ad imitationem SS. Trinitatis, quæ ideam Eccleſiæ & Imperij perfectiſſimam complectitur? Vnicum verbulum totam hanc Eraniſtæ cerebroſam comparationem euertit: τὸ ὁμοούσιον: quod quidem ſi ſemel inter tres Apoſtolos ac inter tres Cæſares reperturus eſt, negotium confectum erit.

S. Athan. l. de Incarn. Verb.

Vnde enim colligitur Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum vnam habere Monarchiam? ex Vna potentiâ præclarè. Vnde vnam habere potentiam? ex vnâ voluntate: vnde voluntatem vnam? ex vnâ intelligentiâ. Vnde vnam intelligentiam? ex vnâ ESSENTIA ſimpliciſſimâ, quę, vt egregie Theologi dicunt, tres illas perſonas ſibi cum Potentiâ ac reliquis attributis idemtificat; in iis tota ſingulis, totaque in omnibus ſubſiſtit, efficitque περιχώρησιν illam, circuminſeſſionem ſtupendam, vt eſſentia in perſonis vna, perſonæ in eſſentiâ ſint vnum, perſonæ in

ſeſe mutuo vnam eamdemque naturam abſque partitione participent.

Atqui tales proculdubio tres perſonas in humanâ vſquam reperiet naturâ oculatiſſimus Eraniſtes: Credo equidem, quia longè aliud ſapit quàm S. Athanaſius, longè aliud quam Gregorius cognomento Theologus. Ille ab humanis diuina ſecernens ſic diſſerit; *Cur Pater non ſolùm in ſeipſo, ſed etiam in filio eſt & agit,* *idemque in Spiritu Sancto conſiſtit, ita vt per Verbum operetur & agat?* Quia, inquit, ex S. Ioanne Apoſtolo, vna eſt FORMA DEITATIS. S. Ioannes dixit τὸ εἶδος θεοῦ; S. vero Paulus μορφὴν θεοῦ: Oſtendat nobis Eraniſtes in tribus hominibus vnam eamdemque formam, eſſentiam, naturam ſimpliciſſimam: tum demum & mentem & voluntatem & potentiam & Monarchiam eamdem oſtendet.

S. Athanaſ. orat. 4. in Arian.
Ioan. 3.
Phil. 2.

II.

Gregorius vero Theologus omnem controuerſiam dilucidiorem reddit ac dirimit, τί δαὶ καὶ παρ' Ἕλλησι φαῖεν ἂν μία θεότης; καὶ παρ' ἡμῖν ἀνθρωπότης μία, τὸ γένος ἅπαν ἀλλ' ὅμως θεοὶ πολλοὶ καὶ οὐχ εἷς ὡς δὴ καὶ ἄνθρωποι (Λύσις) ἀλλ' ἐκεῖ μὲν οἱ κοινότης τὸ ἓν ἔχει μόνον ἐπινοίᾳ θεωρητὸν· τὰ δὲ καθ' ἕκαστον πλεῖστον ἀλλήλων, καὶ τῷ χρόνῳ καὶ τοῖς πάθεσι καὶ τῇ δυνάμει μεμερισμένα. ἡμεῖς τε γὰρ οὐ σύνθετοι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀντίθετοι καὶ ἀλλήλοις καὶ ἡμῖν αὐτοῖς, οὐδὲ ἐπὶ μιᾶς ἡμέρας οἱ αὐτοὶ καθαρῶς μένοντες, μὴ ὅτι τὸν ἅπαντα βίον, ἀλλὰ καὶ σώματα ȣ̓ ψυχαῖς

Greg. Naz. orat. 38.

ψυχαῖς ἀεὶ ῥέοντες τε καὶ μεταπίπτοντες. [Quid autem, “
dixerint fortaſſe, nonne apud Ethnicos quo- “
que Deitas vna eſt? atque apud nos genus vni- “
uerſum, humanitas vna? Et tamen plures dij “
ſunt non vnus, ſicut & multi ſunt homines. “
SOLVTIO. At in iſtis exemplis, communitas “
vnitatem habet ſolâ cogitatione conſiderabi- “
lem (in ſcholis vocant vnitatem rationis) ſin- “
gularia verò & tempore & affectionibus & PO- “
TENTIA diuiſa ſunt. Nos enim non ſolum com- “
poſiti ſumus, ſed etiam OPPOSITI: nec ſolum “
aliis, ſed etiam nobis ipſis, vt qui ne vnius “
quidem diei ſpatio, nedum toto vitæ curricu- “
lo, planè ijdem maneamus: verùm & corpo- “
ribus & animis, perpetuò diffluamus & immu- “
temur.] “

BIBLIOTHÈQUE DE LA VILLE LYON 1836

III.

Præterea vero, quid ſi reſpondeamus tres perſonas idcirco perfectam Monarchiam poſſidere ac exercere, quia omnipotentia Diuina atque dominatio propriè res extra Deum poſitas reſpicit, atque per extrinſecam Dei operationem exercetur: Deus autem, inquiunt Theologi, non vt trinus, ſed vt vnus ad extra operatur, dominatur, & cognoſcitur. Ac ſicut vna natura, per vnam potentiam, ita per vnam ſimpliciſſimam actionem omnia efficit. Manus Patris, manus eſt filij, inquit S. Hilarius 7. de Trin. Sic vt nullius perſonæ propria ſit ope-

„ eum omnia contulit, participatu etiam Impe-
„ ratoriæ poteſtatis indulto: ſibique conſortem
„ fecit, quum illi ſoli Senatus detuliſſet impe-
„ rium. Dato igitur imperio & indultâ tribunitiâ
„ poteſtate, Proconſulatûs etiam honore delato:
„ Lucius Marco vicem reddens, ſi ſuſciperet, ob-
„ ſecutus vt Legatus Proconſuli, vel Præſes Im-
„ peratori.] Id eſt quoties Marcum Lucius ſuſci-
peret, eique in negotiis concurreret, ſemper obſecutus eſt. Quale verò eſt Imperium obſequentis? idque vt Legatus Proconſuli vt Præſes imperatori obſequitur. Vnde & L. Verus in Syriam profectus inſignia ac ornamenta Proconſulis ſuſcepit. Imperator igitur erat nomine ac Honoris ſpecie tenus, ſed reuera poteſtate ſecundus Antonino. Quapropter toto imperij curſu nihil præter vitam voluptuariam egit; quâ & ante M. Antoninum, à quo imperii inſignia tantùm acceperat, exutus eſt, & ictu ſanguinis extinctus.

III.

De cæteris imperatoribus, qui ſocium participemque Dignitatis ſibi adlegerunt, non aliud iudicium ferendum eſt; vt de Gordiano primo qui Gordianum filium: de Vibio qui Voluſianum F. de Valeriano qui Gallienum F. Auguſtos fecere. Summam enim rerum, Principemque poteſtatem ac ditionem ſibi retinuerunt: Alij diuerſis locis, ac proinde diuerſo

velut imperio regnarunt, quod inſtituere tandem coactus eſt Conſtantinus: iuxta cuius mandatum, [Ad tres, inquit hiſtoricus, Orbis Romani dominatio redacta eſt: Hi ſinguli has partes regendas habuerunt: Conſtantinus iunior cuncta trans Alpes: Conſtantius à freto Propontidis Aſiam atque Orientem: Conſtans Illyricum, Italiamque & Africam, Dalmatiam, Thraciam, Macedoniamque & Achaïam. Interim ob Italiæ Africæque ius diſſentire ſtatim Conſtantinus & Conſtans cœperunt. Conſtantinus latrocinij ſpecie dum incautus fœdéque temulentus in aliena irruit, obtruncatus eſt, &c.] Quod ad hæc Eraniſtes? Pares Aquilas reperiet, ſed longo tractu diſſidentes illam deinceps in Occidente, hanc in Oriente volitantem. Atque ita nullum eſt imperij eiuſdem conſortium, quale ſibi delicatè fingit.

Aurel. Vict. in Conſtant.

CAPVT XI.

ERANISTÆ PERNITIOSVM DOGMA DE MVLTIPLICITATE SEV NVMERO CAPITVM IN EADEM MONARCHIA.

PEriculoſam de Monarchiâ diſceptationem inuitus attingo: ac primùm omnem inuidiæ ſuſpicionem ab humano Lectore, maximo-

perè deprecor, quam Eraniſtes ipſe ſibi temerè conflauit.

Eran. art. 8. Verba illius ſimpliciſſimè reddita: [Certum eſt MVLTIPLICITATEM CAPITVM non repugnare Monarchiæ: niſi cum ita poteſtatem ſupremam participant, vt nullum eam plenè poſſideat: quemadmodum cernitur in ſtatu Ariſtocratico & in Oligarchico, in quibus auctoritas ſuprema nonniſi in cœtu Capitum exiſtens ita diuiſa eſt, vt in nullo particulari integra repeririatur. Sed quando plenitudo poteſtatis ita eſt in pluribus, vt actus ſupremæ auctoritatis exercere poſſint tam ſeparatim quàm OMNES SIMVL: Iſta pluralitas non eſt contraria Vnitati ſtatûs Monarchici, quia non prohibet quin vnumquodque Capitum ſit Princeps abſolutus & quin auctoritas ſuprema non permaneat in pluribus ſubiectis, non ſecùs ac ſi vnum eſſet.

I.

ELENCHVS. Doctrinam hanc nemo de Monarchia benè ſentiens non ſolùm abſque faſtidio, ſed abſque ſtomacho & indignatione ferre poſſit. Contemplemur primùm verba, deinde res ipſas. Quis audita MVLTIPLICITATE CAPITVM, non ſtatim Monarchiæ perniciem ac interitum animò concipiat? Monarchia eſt Vnitas Capitis μοναδικῶς: ergo multiplicitatem Capitum auerſatur ac reſpuit. Sufficit vel

vel nuda Verborum notio ſeu terminorum prima ſignificatio, vt Dialectici nuncupant, ad iſtud menti protinus inculcandum etiam obtuſiſſimæ, dummodo ſanæ hominemque ſapienti *διοίκησις ἑνὸς ἀνδρὸς ἀγαθοῦ, Vnius viri boni admi-* *Plato Polit.* *niſtratio eſt*, inquit poſt Philoſophos Dio Sophi- *Dio orat. de* ſta *μοναρχία μονοκρατορεία, μονάρχω* *Solus Regno.* De *Regno* vocabulo ſatis. *Suid. verbo μοναρχ.*

Si rem autem ipſam attendamus: duos ſimul imperare pariter abſurdum, ac gemino Sole mundum, duplici animâ corpus, diuerſâ mente animam agi ac moueri. Nolo communem locum exornare. Dicam ſummatim & conciſè. Hoc non patitur natura MAIESTATIS. Nullus vertex niſi vnicus, nihil ſummum eſt, præterquam ſingulare. Nec idem faſtigium aut apex duorum eſſe poteſt. Plures quidem in firmamento ſtellæ, populi inſtar: Planetis ſuus cuique Orbis, in aſtra dominantibus.

Mitto ſexcenta incommoda ex regnantium aut ſubditorum Amore, odio, liuore, tædio, inconſtantiâ, vario denique cupiditatum æſtu aduerſus alterutrum aut vtrumque pullulatura. Sileo funeſtos caſus, cataſtrophas, theatra denique, cruore adoptantium aut aſcitorum Principum exundantia. Hæc ad Cothurnum, vel ad declamatorum ſubſellia. Quamquam nec in ſacris monimentis exempla deſideres; lugubria prætereo. In ſerenis autem & fauſtis, Ioſephi

primo exemplum occurrit, cui licet poteſtatem adminiſtrationis penè immenſam Pharao cum inſignibus conceſſerit: parilitatem tamen excepit, *Vno*, inquit, *Regni Solio te pracedam.* Phi-

Geneſ. 41.

lo Hebræus τὰ δευτερεῖα φέρεται βασιλέως, οὔτε ἰδιώ-

Philo Heb. lib. de Ioſ.

της οὔτε βασιλεὺς, ἀλλ' ἀμφοῖν μεθόριος, ἰδιώτου μὲν ὢν κρείττων, ἐλάττων δ' εἰς ἀρχὴν αὐτεξουσίου βασιλέως. *Secundas poſt Regem ſortitur, nec priuatus, nec etiam Rex, ſitus in amborum confinio, priuato potior, Rege verò, qui ſui iuris eſt, inferior.* Nec id mirum dictu: ſupremæ ſiquidem poteſtatis eſt, vt ſibi parem efficere nec debeat nec poſſit. Legatur Ari-

Ariſtot. lib. 3 Politic.

ſtoteles III. de rep. quâ ratione μόναρχοι συνάρχους habeant necne.

II.

Diſplicet etiam mihi vehementer in Eraniſtæ Politicâ, quod ait, *Actum ſupremæ poteſtatis poſſe, quam bene ab vno, tam ab omnibus ſimul exerceri.* Enimuero iam neque numero ſeu Multitudini Capitum, ſic enim vocat, modum vllum ſtatuit, eademque ratiocinatione ſexcentis Capitibus æquè ac duobus Monarchiam perfectam exercendam tradit: vnde & concludit, *Iſta pluralitas non eſt contraria Vnitati ſtatûs Monarchici.* Quod affectionis genus omnem planè Monarchiæ formam abolere perſpicitur; meramque illius in locum πολυκοιρανίην, id eſt anarchiam intrudere. Vbi Gentium id vel inter duos vnquam conſtitit an apud Spartanos, vbi duo Re-

ges, hinc ex Proclis, inde ex Euriſtæi familia erant? Sed nouimus quid fuerit Laconicum Regnum, Ephoris ac Senatui obnoxium, ſummæ vacuum poteſtatis. Dic ergo, Eraniſta, dic quibus in terris? Incredibile verò eſt ſi optima eſſet, vt eam impensè iactas, imperij forma; eam nullibi terrarum ab orbe condito, à mortalibus qui cæteras rei publicæ formas experiri voluerunt, prætermitti non potuiſſe: niſi quod non ſolum iniquiſſima, ſed etiam impoſſibilis moribus hominum foret. Quis enim aliàs diuinam in re tam opportunâ, defuturam eſſe prouidentiam credat? ἐκ Διὸς βασιλεῖς. Ab Ioue ſunt enim Reges: aut Apoſtolicis potiùs verbis, omnis poteſtas à Deo ordinata. *Æmil. Prob. in Ageſilao.*

Quo igitur pacto, neque hominum inuentis ac inſtitutis, neque diuino vnquam conſilio nutuque, duo ſimul eidem populo regnoque minimè ſciſſo, pari Maieſtatis & potentiæ momento, diu feliciterque Principes imperarunt? Memini quidē Dauidē gratias egiſſe Deo poſt vnctum conſecratumque Salomonem, quod hunc regnantem aſpiceret: Ita eſt, ſed ad breuiſſimum tempus: ſed moribundus, regendique iam impotens: ſed regno ſe exuens, & poteſtate velut abdicans: [Et adorauit Rex in lectulo ſuo: inſuper & hæc locutus eſt: Benedictus Dominus Iſraël, qui dedit hodie ſedentem in ſolio meo, videntibus oculis meis.] Quod aliter ſi *Lib. 3. Reg. c. 1.*

cui videbitur, Salomonis regnum dumtaxat ab exceſſu Patris numerari forſan aduertet: vtrumuis ſanciatur, duo ſimul reipsâ non imperarunt.

III.

Quare nec præter expectationem eſt, illa regni ab Adoniâ affectati ſuſpicio, ſimultas, vltio. Nunquam æquior: nunquam facilior geminandi ſceptri ac diadematis occaſio: Adonias frater, natu maior, hinc Sacerdotum; illinc militiæ Principis fauore fultus: Matris quoque indulgentiâ ſubleuatus. Verum & matre conjugij facultatem cum puellâ Regiâ Sunamide, flagitante, nihil cunctatur Salomon: *Poſtula ei & Regnum.* Exitum rei luctuoſiſſimum non commemoro. Regnum adeo non capit duos. Theodoritus, eumque ſecutus Procopius hanc Salomonis, ſocium etiam in fratre auerſantis, ſeueritatem vocant τὴν βασιλεῦσιν ἁρμόττουσαν τελειότητα. *Perfectionem Regibus conuenientem.* Non moror factum Roboami, Abiam aliis fratrum etiam maioribus præferentis, vt ne pluribus, ſed vni Monarchiam Iudâ, fœdiſſimè nuper ab Iſraële diuulſam relinqueret. Adeo Regnum plures abnuit.

Reg. l. 3. c. 2.

Theodorit. in 2. Reg. q. 7

IV.

Vt Gentium verò annales: atque obuia in iis exempla decerpere animus eſſet, Volumina deeſſent. Philoſophorum quoque Ciui-

lium, Sophiſtarum ac ſolertiorum hiſtorico-
rum excipiendis locis, locus non ſufficeret.
Ponderenon autem numero certandum eſt.

Atque vt à doctiſſimi Eraniſtæ exemplo Ro-
muleo non diſcedam, nec ab Auguſtino quo
familiariſſimè vtitur, rerum non ſolum ſacra-
rum ſed & τῶν ἔξω peritiſſimo: hoc vnum ex
Principe Doctore, lib. v. de Ciuitate Dei. *S. Aug. l. 15. de Ciuit. c. 5.*
[Primus terrenæ Ciuitatis Conditor fratricida,
vnde mirandum non eſt quod tantò poſt in ea “
ciuitate condenda quæ fuerat huius terrenæ ci- “
uitatis Caput futura, & tam multis Gentibus “
regnatura, huic primo exemplo, & vt Græci ap- “
pellant, ἀρχετύπῳ, quædam ſui generis imago “
reſpondit: nam & illud ſicut ipſum facinus “
quidam poſtea commemorauit illorum fater- *Lucan. 1. Pharſal.*
no primi maduerunt ſanguine muri, ſic enim “
condita eſt Roma, quando occiſum Remum à “
fratre Romulo Romana teſtatur hiſtoria, niſi “
quod iſti terrenæ ciuitati ambo ciues erant, & “
ambo gloriam de Romanæ Reip. inſtitutione “
quærebant. Sed ambo eam tantam, quantam “
SI VNVS ESSET, habere non poterant. Qui “
enim volebat gloriando dominari, minus vti- “
que dominaretur, ſi eius poteſtas VIVO CON- “
SORTE minueretur. Vt ergo totam domina- “
tionem haberet vnus, ablatus eſt ſocius: & “
ſcelere creuit in peius, quod INNOCENTIA “
MINVS eſſet in melius. “

Dominus, & vnus Rex ſecundùm fidem Eccle- "
ſiæ & ſecundùm ſcripturas. SIC IMPERIVM "
ROMANVM REMANEBAT MONARCHICVM, "
CVM ESSET PENES PLVRES IMPERATORES.

ELENCHVS. O doctrinæ prodigium! ô ſolertiſſimam argumentationem! ſiccine ἀεροβατεῖν ϗ περιφρονεῖν τ ἥλιον; Valete mortalia, nihil vobis, nihil ſibi ſapit amplius Eraniſtes. Iam enim quid abeſt, quin tres in Eccleſia Pontifices, Tres in Imperio Cæſares velit, ad imitationem SS. Trinitatis, quæ ideam Eccleſiæ & Imperij perfectiſſimam complectitur? Vnicum verbulum totam hanc Eraniſtæ cerebroſam comparationem euertit: τὸ ὁμοούσιον: quod quidem ſi ſemel inter tres Apoſtolos ac inter tres Cæſares reperturus eſt, negotium confectum erit.

S. Athan. l. de Incarn. Verb.

Vnde enim colligitur Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum vnam habere Monarchiam? ex Vna potentiâ præclarè. Vnde vnam habere potentiam? ex vnâ voluntate: vnde voluntatem vnam? ex vnâ intelligentiâ. Vnde vnam intelligentiam? ex vnâ ESSENTIA ſimpliciſſimâ, quę, vt egregie Theologi dicunt, tres illas perſonas ſibi cum Potentiâ ac reliquis attributis idemtificat; in iis tota ſingulis, totaque in omnibus ſubſiſtit, efficitque περιχώρησιν illam, circuminſeſſionem ſtupendam, vt eſſentia in perſonis vna, perſonæ in eſſentiâ ſint vnum, perſonæ in

ſeſe mutuo vnam eamdemque naturam abſque partitione participent.

Atqui tales proculdubio tres perſonas in humanâ vſquam reperiet naturâ oculatiſſimus Eraniſtes: Credo equidem, quia longè aliud ſapit quàm S. Athanaſius, longè aliud quam Gregorius cognomento Theologus. Ille ab humanis diuina ſecernens ſic diſſerit; *Cur Pater non ſolùm in ſeipſo, ſed etiam in filio eſt & agit, idemque in Spiritu Sancto conſiſtit, ita vt per Verbum operetur & agat?* Quia, inquit, ex S. Ioanne Apoſtolo, vna eſt FORMA DEITATIS. S. Ioannes dixit τὸ εἶδος θεοῦ; S. vero Paulus μορφὴν θεοῦ: Oſtendat nobis Eraniſtes in tribus hominibus vnam eamdemque formam, eſſentiam, naturam ſimpliciſſimam: tum demum & mentem & voluntatem & potentiam & Monarchiam eamdem oſtendet.

S. Athanaſ. orat. 4. in Arian. Ioan. 3.

Phil. 2.

II.

Gregorius vero Theologus omnem controuerſiam dilucidiorem reddit ac dirimit, τί δαὶ καὶ παρ' Ἕλλησι φαῖεν ἂν μία θεότης; καὶ παρ' ἡμῖν ἀνθρωπότης μία, τὸ γένος ἅπαν ἀλλ' ὅμως θεοὶ πολλοὶ καὶ οὐχ εἷς ὡς δὴ καὶ ἄνθρωποι (Λύσις) ἀλλ' ἐκεῖ μὲν ἡ κοινότης τὸ ἓν ἔχει μόνον ἐπινοίᾳ θεωρητόν· τὰ δὲ καθ' ἕκαστον πλεῖστον ἀλλήλων, καὶ τῷ χρόνῳ καὶ τοῖς πάθεσι καὶ τῇ δυνάμει μεμερισμένα. ἡμεῖς τε γὰρ οὐ σύνθετοι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀντίθετοι καὶ ἀλλήλοις καὶ ἡμῖν αὐτοῖς, οὐδὲ ἐπὶ μιᾶς ἡμέρας οἱ αὐτοὶ καθαρῶς μένοντες, μὴ ὅτι τὸν ἅπαντα βίον, ἀλλὰ καὶ σώμασι καὶ ψυχαῖς

Greg. Naz. orat. 38.

ψυχαῖς ἀεὶ ῥέοντές τι καὶ μεταπίπτοντες. [Quid autem, “
dixerint fortaſſe, nonne apud Ethnicos quo- “
que Deitas vna eſt? atque apud nos genus vni- “
uerſum, humanitas vna? Et tamen plures dij “
ſunt non vnus, ſicut & multi ſunt homines. “
SOLVTIO. At in iſtis exemplis, communitas “
vnitatem habet ſolâ cogitatione conſiderabi- “
lem (in ſcholis vocant vnitatem rationis) ſin- “
gularia verò & tempore & affectionibus & PO- “
TENTIA diuiſa ſunt. Nos enim non ſolum com- “
poſiti ſumus, ſed etiam OPPOSITI: nec ſolum “
aliis, ſed etiam nobis ipſis, vt qui ne vnius “
quidem diei ſpatio, nedum toto vitæ curricu- “
lo, planè ijdem maneamus: verùm & corpo- “
ribus & animis, perpetuò diffluamus & immu- “
temur.]

III.

Præterea vero, quid ſi reſpondeamus tres perſonas idcirco perfectam Monarchiam poſſidere ac exercere, quia omnipotentia Diuina atque dominatio propriè res extra Deum poſitas reſpicit, atque per extrinſecam Dei operationem exercetur: Deus autem, inquiunt Theologi, non vt trinus, ſed vt vnus ad extra operatur, dominatur, & cognoſcitur. Ac ſicut vna natura, per vnam potentiam, ita per vnam ſimpliciſſimam actionem omnia efficit. Manus Patris, manus eſt filij, inquit S. Hilarius 7. de Trin. Sic vt nullius perſonæ propria ſit ope-

BIBLIOTHEQUE DE LA VILLE LYON 1896

ratio: quæ operationis identitas inter tres perſonas creatas nec reperiri nec cogitari poteſt, ergo nec vnitas ſupremæ poteſtatis ad eumdem modum exercendæ. Vnde Gregorius meus ibidem, τὰ ἐκ θεοῦ πρὸς ἓν τὴν ἀναφορὰν ἔχει κἂν τρία πιστεύηται· οὐδὲ βουλήσει τέμνεται, οὐδὲ δυνάμει μερίζεται· οὐδέ τι τῶν ὅσα τοῖς μεριστοῖς ὑπάρχει, κἂν τὰ δῆτα λαβεῖν ἐστιν. Id eſt. [ea quæ ex Deo fiunt ad vnum relationem habent, etſi tria credantur. Neque voluntate, neque potentia ſcinduntur: neque quicquam eorum, quæ in diuiduis rebus inſunt, in iis reperire eſt.]

Greg. Naz. ibid. or. 37.

IV.

Vlterius dico, in hoc eſſe diſcrimen inter Monarchicam dominationem diuinam & creatam: quod illa non ſit ſingularis, hæc nonniſi ſingularis eſſe poſſit. Quid hoc, inquies, dominatio ſeu Potentia Dei non eſt ſingularis? Ita eſt, quia nec eo ſenſu quo dico, Deus ſingularis aut vnicus eſt, ex eo quod plures perſonas complectatur. Ita Theologi ad primæ partis Quæſtionem XXXI. S. Hilarius lib. ſept. [Nec duos Deos, Dei ex Deo veritas perficit: nec ſingularem Deum Dei patitur natiuitas, nec in ſolitarium Deum deficit: cum vnus & vnus in ſignificatione non ſolus ſit. Diuinitas itaque & diuina potentia, Monarchia hoc ſingulare habet quod non ſit hoc ſenſu ſingularis. Sed CATHEDRA PETRI SINGVLARIS eſt, inquit S. Cyprianus.

S. Hilar. l. 7 de Trin.

S. Cyprian. de vnit. Eccleſ.

V.

Denique non bene à diuino, ad humanum imperium argumentari poſſe Eraniſtem: nec placere Deo illam cum increatâ trium perſonarum Monarchiâ, humanæ cuiuſuis triplicatæ Monarchiæ comparationem, docet nos Hiſtoria memorabilis apud Zonaram. Narrat ille Conſtantini Pogonati proceres quoſdam iactaſſe per aulam, Tribus Cæſaribus parendum eſſe, ὥσπερ εἰς Τριάδα πιστεύομεν. *Quemadmodum & in* TRINITATEM *credimus.* Sed Regnum conſortis impatiens hoc non tulit, effecitque vt ille duobus aliis naſum præcidi juberet. Rex vnicus eſto εἷς κοίρανος, εἷς βασιλεύς. Sed ad Eccleſiaſtica reuocemus Eraniſtam. *Zonar. in to. 3.*

CAPVT XIII.

VNVS DEVS, VNVS EPISCOPVS: vox Eccleſiæ contra Eraniſtam.

IN eadem Eccleſiâ, in eadem Sede geminus Epiſcopus, modò vnius poteſtatis, in libro Eraniſtæ vtramque paginam facit. Contrariam verò Eccleſiæ vocem hactenus circumſonantem audio. VNVS DEVS, VNVS EPISCOPVS.

I.

S. IGNATIVS. Μία ἐστι σὰρξ τοῦ κυρίου Ἰησοῦ καὶ ἓν *S. Ignat. ad Philadelph.*

αὐτοῦ τὸ αἷμα τὸ ὑπὲρ ἡμῶν ἐκχυθὲν, εἷς καὶ ἄρτος τοῖς πᾶσιν ἐθρύφθη, καὶ ἓν ποτήριον τοῖς ὅλοις διενεμήθη. ἓν θυσιαστήριον πάσῃ τῇ Ἐκκλησίᾳ· καὶ εἷς Ἐπίσκοπος ἅμα τῷ πρεσβυτερίῳ καὶ τοῖς Διακόνοις τοῖς συνδούλοις μου. [Vna
„ eſt caro Domini noſtri Ieſu Chriſti : vnus
„ ipſius ſanguis pro nobis effuſus. Vnus etiam
„ panis omnibus fractus, & vnus calix omnibus
„ diſtributus. Vnum altare toti Eccleſiæ, & VNVS
„ EPISCOPVS cum Preſbyterorum collegio, &
„ Diaconis conſeruis meis.]

THEODORITVS ſcribit Conſtantium Imperatorem aliquando Matronarum Romanarum precibus emollitum, Liberium Pontificem Romanam remiſiſſe, vt Pontificatu ſimul cum Felice intruſo fungeretur. *Ἐπικαμφθεὶς Κωνστάντιος προσέταξε μετὰ τὰ πάντα ἄριστον ἐκεῖνον ἐπανελθεῖν. κοινῇ δὲ ἀμφοτέρους τὴν Ἐκκλησίαν ἰθύνειν.* Cum lectæ forent illæ litteræ in Hippodromo ſeu Circo, plebs clamat æquam eſſe Imperatoris ſententiam. Nam bifariam diuiſos eſſe ſpectatores, quibus nomem impoſitum erat ex colorum diuerſitate: propterea alterum Epiſcopum illis, alterum his præeſſe debere. Itaque cum hoc modo Imperatoris literas irriſiſſent, *κοινὴν ἀφῆκαν φωνὴν, Εἷς θεὸς, εἷς Χριστὸς, εἷς Ἐπίσκοπος μετὰ ταύτας τὰς φιλοχρίστου δήμου τῆς εὐσεβείας καὶ δικαιοσύνῃ κοσμουμένης βοὰς*
„ *ἐπανῆκε Λιβέριος ὁ θαυμάσιος· ὁ δὲ Φῆλιξ ὑποχωρήσας*
„ *ἑτέραν ᾤκησε πόλιν.* [Communem vocem emiſe-
„ runt VNVS DEVS, VNVS CHRISTVS, VNVS

Episcopvs. Quibus vocibus pietate & iuſtitiâ "
plenis à pia plebe emiſſis, Liberius in vrbem re- "
uerſus eſt: Felix clam recedens in alteram ciui- "
tatem ſe recepit. "

II.

Concilivm Nicænvm ideo conſtituit, vt qui ex Catharorum ſeu Nouatianorũ errore reſipiſceret Epiſcopus, apud eos ante conſecratus, ad Catholicum rediens honorem Preſbyteri reciperet, vel ſi Epiſcopo videretur, nomen etiam Epiſcopi retineret: ſin minus, Chorepiſcopi vel Preſbyteri tantùm, ἵνα μὴ ἐν τῇ πόλει δύο Ἐπίσκοποι ὦσιν. *Ne vnâ in ciuitate duo ſint Epiſcopi.* *Concil. Nic. can.* 8.

Alluſit ad hunc Canonem S. Avgvstinvs in Actis de Eradij ſucceſſoris ſui deſignatione. [Nolo de Eradio fieri quod de me factum eſt. Adhuc in corpore poſito beatæ memoriæ Patre & Epiſcopo meo ſene Valerio Epiſcopus ordi- " natus ſum, Et sedi cvm illo, quod Conci- " lio Nicæno prohibitum fuiſſe neſciebam, nec " ipſe ſciebat. Quod ergo reprehenſum eſt in me, " nolo reprehendi in filio meo, &c.] Idem in ſer. " xxxvi. Edition. Sirmondi. *Non vult populus duos Epiſcopos.* *S. Auguſt. ep* 110.

Quæro, cur ad Petri Paulique exemplum, ſi tale fuit, S. Auguſtinus geminum eiuſdem Sedis Epiſcopum eſſe noluerit?

III.

Quamquam & diuerſa cauſa eſt Adiutoris & alterius Epiſcopi συνθρόνου, vt Sozomenus vocat, ad eamdem dignitatem ac titulum adiuncti. Quod nec Antiochiæ quidem niſi periculoſo ſchiſmate, diuerſiſque regionibus vrbis, inter Melitium & Paulinum conſtare potuit, idque ex pacto συγχωρεῖν μετὰ τῶν ὅρκων θατέρου τελευτήσαντος τὸν ἕτερον μόνον τὴν ἐπισκοπὴν ἔχειν. [Concedendo cum iureiurando, altero decedente, alterum ſolum Epiſcopatu potiturum, nec alium in demortui locum ſublegendum. Quàm parum feliciter hoc ceſſerint, notiſſimum eſt.

Sozomen. l.7.c.3.

Non ignoro Epiſcopos Catholicos ore ſancti Auguſtini Donatiſtis obtuliſſe Epiſcopatûs conſortium. Sed id *de Cathedrâ deſcendere* charitatis & neceſſitatis causâ vocat ſanctus Auguſtinus. Act. 1.

S. Auguſt. collat. cum Donat. act. 1 & ſerm. 36. Sirm. & 37.

Plura hac de re aliàs. Petrus Linum & Cletum adiutores habuit: Paulum ante alios: vt antea oſtendimus. Ioannes Euangeliſta Epheſi dicitur, τὴν μητρόπολιν ἀναλαμβάνεσθαι αὐτὸς δι' ἑαυτοῦ ἑπτὰ συμπαρόντων ἐπισκόπων, Epheſiorum Metropolim ſuſcipere per ſe cum ſeptem Epiſcopis apud Photium in Actis Timothæi. Sed hæc de Coadiutoribus. Sufficit hanc eſſe Eccleſiæ mentem, hanc vocem, aduerſus Eraniſtæ geminum Epiſcopum titularem, reclamantem, VNVS DEVS, VNVS EPISCOPVS.

Photius Bibl. C.254.

CAPVT XIV.

COMMENTITIA EX PAVLI *cum Petro æqualitate commoda, paucis refutantur.*

IN officioſo prorſus officio certat erga Pontificiam ſedem Eraniſtes, qui dum primi illius Paſtoris Petri dignitati addito conſorte detrahit, ingentia atque perhonorifica ſententiæ ſuæ erga eamdem ſedem commoda atque emolumenta magnificè extollit, ſed hæc vafrè.

F.

Primum, inquit, ad dignitatem & Auctoritatis amplitudinem ſpectat, vt ſummus Pontifex ideo Vniuerſarum Orbis partium ſupremus Paſtor habeatur, quia Petro Iudæorum Apoſtolo, & Paulo Gentium Doctori ſuccedit. *Eran. art. 6.*

ELENCHVS. Non ignorat ſummus Pontifex ſe Paulo ſuccedere vt reliquis itidem Apoſtolis ſuccedit: nec non Petro vt Iudæorum Apoſtolo, iam enim nullus ſupereſt Iudæorum, nullus Gentium Apoſtolus. Verum & aliquid præterea maius ſibi pro ſuo iure vendicat, vt nimirum vni Petro tanquam Vniuerſali totius Eccleſiæ Capiti ſupremoque Paſtori ſuccedat: per quam ſucceſſionem, vices Chriſti (qui duos condit in

ſemetipſo, vt ait Apoſtolus Eph. 2.) ſibi tribuentem, omnium omnino fidelium & vniuerſæ Eccleſiæ ſummum Pontificatum & Primatum adeptus eſt. Non enim à Paulo, ſed à Petro ſolo Eccleſiæ Principatus cœpit exordium, vt libro ſuperiori tot teſtimoniis clarum fecimus. Addimus in præſenti, Eccleſiæ Græcæ profeſſionem in Concilio Lugdunenſi Generali ſub Gregorio x. Ἡ ἱερὰ καὶ ἁγία τῆς Ῥώμης Ἐκκλησία ἄκρον καὶ τέλειον πρωτεῖον καὶ ἀρχὴν ἐπὶ πᾶσαν τὴν καθολικὴν Ἐκκλησίαν κατέχει. ὃ ἐν αὐτῇ ἀπ' αὐτοῦ τοῦ κυρίου ἐν τῷ μακαρίῳ Πέτρῳ τῷ τῶν Ἀποστόλων ἄρχοντι ἢ τῇ κορυφῇ, οὗ ὁ τῆς Ῥώμης ἀρχιερεὺς ἐστὶ διάδοχος, μετὰ πλήρους ἐξουσίας παραδέξασθαι ἀληθῶς καὶ ταπεινῶς ἀναγνωρίζει.

In Concil. Lugdun. general.

« [Ipſa quoque ſancta Romana Eccleſia ſummum & abſolutum Primatum & Principatum ſuper omnem Eccleſiam Catholicam obtinet, quem ſe ab ipſo Domino in B. PETRO Apoſtolorum Principe & Vertice, cuius Romanus Pontifex eſt ſucceſſor, cum Poteſtatis plenitudine recepiſſe, veraciter & humiliter recognoſcit.] Quid igitur à Paulo emendicare, quod à Petro imò à Chriſto in Petro totum habetur, neceſſe eſt?

II.

Eran. ibid. pag. 39.

Secundum commodum, inquit Eraniſtes eſt Petri & Pauli per iſtam æqualitatem, circa legalium ceremoniarum obſeruationem conciliatio, & ratio facillima reprehenſionis Paulinæ, ob paritatem ſcilicet cum Petro.

ELENCHVS.

Elenchvs. Controuerſiam illam contraria veraque ſententiâ, multò faciliùs componi ſuperiùs oſtendimus Capite quarto huius libri: quin potiùs Eraniſtæ concordiâ ſummam non ſolum Apoſtolorum inter ſe, ſed etiam cum veritate diſcordiam excitari: adeo vt non illi melius id ſuccedat quàm Porphyrio qui Paulum, vel Iuliano qui Petrum inde conuitijs Ethnicorum obnoxium facit apud S. Cyrillum qui hoc reijcit in huius inſcitiam, τὴν ἀπιχειρεῖν τὴν οἰκονομίαν ignorantis. Sed antea factum ſatis.

S.Hieron. in epiſt. ad Galat. c. 2.
S.Cyrill. l. 9. in Iulian.

III.

Tertium Eraniſtæ commodum: facilè, inquit, occurremus hoc modo, importunæ hæreticorum quæſtioni, quâ Petrum Romam adiuiſſe negant: dicemus enim ſufficere quod Paulus adiuerit.

Elenchvs. Riſum tenebis lector? vt facile, inquit Eraniſtes, ſoluatur quæſtio de Petri ad Romam aduentu, dicemus ſufficere quod Paulus (qui cum Petro idem homo ſcilicet erat) Romam acceſſerit, Romę pręedicarit. Atqui non de ſolo Petri ad Vrbem Romam acceſſu, ſed de morte quoque controuerſia cum hæreticis intercedit: cuius tamen Caluinus nobis Victoriam vltro concedit propter innumera veterum teſtimonia: Igitur, quo cęteris faciat ſatis, dicet Eraniſtes ſufficere vt Paulus pro Pe-

tro Romæ ſit mortuus: eademque ratio efficiet Petrum Martyrem quod Paulus pro eo Martyrium ſit paſſus: eadem ratio Romæ Petri corpus ſepeliet, quia Paulus Romę ſepultus eſt. Miror quod Baronio, Perronio, Bellarmino alijſque Orthodoxę fidei Magiſtris tam commoda & acuta ſolutio in mentem non venerit.

Perronius aliud longe ſcribit in reſponſ. ad Reg. Britan.

IV.

Quartum Commodum, inquit Eraniſtes, erit ſolutioni quæſtionis alterius aptiſſimum: cur Paulus in pleriſque Bullarum ſigillis dexteram teneat: id enim ex paritate repetendum erit.

Petr. Damian. l. 2 ep. 26.

Elenchvs. Iam pridem quam leuis iſta eſſet animaduerſio, Lector ſatis animaduertit: Sed dicat Eraniſtes, vt ipſi aliquid inuicem reponamus, cur in literis veteribus formatis quæ ſub Attici nomine circumferuntur primum illud Elementum Π ad Petrum ſolum potius quàm ad Paulum referri dicatur? ô dignum vindice nodum!

Legat Eraniſta Epiſtolam Bullarem Eugenij III. ad Arnoldum Archiepiſcopum Colonienſem: & nobis ampliùs de re tam exiguâ negotium non faceſſat.

To. 3. p. 2. ep. 10. Eugen. 3.

V.

Quintum commodum ſeu compendium oppidò maximum, ait Eraniſtes, inde proditu-

rum eſt, quod Roma dicatur etiam Sedes Pauli.

Elenchvs. Atqui iam demonſtrauimus nunquam dici Sedem Pauli ſolius ſine Petro: ſæpiſſimè vero dici ſedem Petri ſolius, vt ſupra ex innumeris ſcriptoribus oſtendimus. Adde Proſperum caim. de ingratis. *Sedes Roma Petri quæ Paſtoralis honoris Facta caput mundo*: rariſſimè verò dici Petri ſimul & Pauli ſedem, propter officium adiutoris ſubordinati Petro, vt Vniuerſali & Romano Epiſcopo, à Paulo præſtitum, quod Ignatius Ep. ad Magneſios: Agatho quoque ſignificat epiſtolâ ad Conſtantinum Act. IV. Concilij ſexti. Dorotheus antea epiſt. ad Hormiſdam, Gofridus Vindocinenſis epiſt. VII. ad Paſchalem. Damus adhuc Cyrum Prodromum in Acta qui dicit Paulum non *Doroth. ep. ad Hormiſd.* ὑστερίζειν τοῖς θρόνοις. Damus hos omnes locos, *Prodromus in Act. p. 205* quos non vidit, modo ne iis amplius abuſurum ſe polliceatur Eraniſtes. Agnoſcere ſiquidem ex ante dictis potuit, titulum Sedis Romanæ & Vniuerſalis propriè ad ſolum Petrum pertinere. Quocirca Archimandritæ Syriæ ad Hormiſdam Pontificem ſcribentes, Petrum à Paulo per Sedem probè diſtinguunt: *Petrus Princeps Apoſtolorum, cuius vos ſedem ornatis, & Paulus qui eſt Vas Electionis, &c.* *To. 2. Conc. Hormiſd. ep. 22.* Sic antea Tarraconenſis Epiſcopi epiſt. ad Hilarium Pontificem. Deinde Ioan. *Ep. 1. Hilar.* CP. in libello ad Hormiſdam. Dioſcorus Dia-

conus in ſuggeſtione. *Petro & vobis, &c.* Leo IX. Epiſt. ad Michaëlem Imp. ſed imus in immenſum.

VI.

Eran. p. 40. Sextum commodum, inquit Eraniſtes, quo prærogatiuam Pauli ſuper alios Apoſtolos, ob quam abſolutè dicitur Apoſtolus, explicaturi ſumus.

Elenchvs. Multas gratias benignę explicationi tuæ. Iam id ex S. Auguſtino lib. 3. ad Bonifacium abſque Pauli cum Petro parilitate, expeditum eſt. Ex eodem Toſtatus Abulenſis Epiſcopus. *Toſtat. in 3. Reg. cap. 20. qu. 8.* [Cum dicimus Apoſtolum non exprimendo nomen, intelligitur excellens inter Apoſtolos, ſcilicet Paulus qui fuit excellentior in Doctrinâ, licet nô in Potestate.] Eius quoque Apoſtolatum diſtinctum eſſe ab Apoſtolatu aliorum duodecim, contra Doctrinam Eraniſtæ, probat idem Auctor, eſtque vnanimis Theologorum ſententia. *Qu. 25. in c. 10. Matt.*

VII.

Eraniſtes toto artic. 9. Septimum denique Doctrinæ ſuæ compendium fructuoſiſſimum in eo ponit Eraniſtes, quod ex hac pari SS. Petri & Pauli dignitate, coniunctiſque ſupremæ poteſtatis officiis ſequatur admiranda quædam virtutum ex vtriuſque ſucceſſoribus connexio, Humilitatis, Charitatis, Pœnitentiæ, Gratiæ, ſcientiæ demum & potentiæ.

Elenchvs. At quum iſtas omnes dotes Paſtorales Petrus in ſe locupletiſſimas atque perfectiſſimas habuerit, nihil profectò neceſſe eſt ipſi eodem Primatûs gradu Paulum adijci contra Chriſti inſtitutionem: vt eas imitatione quadam ad ſe deriuatas ſucceſſores ipſius poſſideant; alioquin & cæteros Apoſtolos ad eamdem parilitatem, quod hæretici faciunt, euectos eſſe, alter poſt hunc Eraniſtes aliquando temerè diſceptaret. Quantum vero ad ſanam fidei Doctrinā & Doctrinæ certitudinem attinet, illam ſummi Pontifices à Petro velut Chriſti Vicario per manus acceptam conſeruant: ſatis habent quod Petro, pro quo Chriſtus rogauit vt eius fides non deficeret & confirmaret fratres ſuos, Orbis totius Doctori & Magiſtro ſuccedant: vt agnoſcit S. Cyrill. ep. ad Celeſtinum S. Auguſtin. ep. ad Innocent. & alij innumeri.

CAPVT XV.

AD LOCOS E RECENTIORVM ſcriptis petitos, præſertim reſpondetur. Cætera ad R. in Ch. P. Epiſcopum Vaurenſem remittuntur. Lucubrationis Concluſio, & anacephalæoſis.

SVperſunt non contemnendæ quidem, ſed neque moleſtę difficultatis quędam au-

ctoritates ab Eraniſtâ nimio ambitu quæſitæ, multoque magis inani apparatu venditatæ. Ex Petro primùm Damiano Monacho & S. R. E. poſtea Cardinali Epiſcopo Oſtienſi. Locum non citat vt ipſi in totum credamus. Eſt autem Epiſtola ad Deſiderium Abbatem & Cardina-
Lib. 2. ep. 16 lem. *Quandam*, inquit, *ſi dici liceat, cum Chriſto ſimilitudinem Paulus tenet: dum non vni duntaxat Eccleſiæ, ſed omnibus præſidet.*

Reſp. Non vidit Eraniſtes Petrum Damianum adiecisse, *ſaluo cæterorum Apoſtolorum iure*, multò magis ſaluo iure Petri, quem ibidem SENATVS APOSTOLICI PRIMVM PRINCIPEM vocat, quod nunquam de Paulo dixit. Quod addit de fundatione Eccleſiæ Vniuerſalis, omnibus Apoſtolis cōmuni ratione quadrat, Paulo vero ratione maioris operæ ac laboris: ſed Petro vt Apoſtolorum πρωκείτῳ iure proprio ac ſingulari, ſub ea ratione quâ ipſi dictum ſoli, *& ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam*, vt rectè oſtendit S. Baſilius lib. ſec. in Eunomium.

Argumentum teſſe illatum vero ex iconibus ſeu picturis, latè tractat idem P. Damiani, ſed longè aliam à primatu rationem reddit: cur in multis dextram teneat Paulus nempe quia Paulus dicitur Benjamin inter Patriarchas nouæ legis, id eſt inter Apoſtolos: Beniamin autem exponitur, *Filius Dexteræ.* Item quia Paulus ad-

huc viuens raptus eſt in cœlum, beatitudinis ſedem & vitæ contemplatiuæ quę Dextera in ſcripturis appellatur Cant. 2. Sed hæc nihil ad Primatum Pauli: imò ibidem Petrum per primatum diſtinguit à Paulo diſertiſſimè. [Cum B. " Petrus ad dextram ponitur, PRIMATVS EIVS, " quem inter cæteros eſt ſortitus Apoſtolos, ho- " noratur. Cum verò Paulus eiuſdem dextri late- " ris occupat locum, in Beniamin cuius eſt filius, " myſticæ figuræ redolet Sacramentum.] "

Locus ex epiſtolâ S. Catharinæ Senenſis vbi Romanam Eccleſiam vocat ſedem SS. Petri & Pauli, ſupra in ſimili quodam loco expoſitus eſt.

II.

Auctoritas Cardinalis Bellarmini eſt ex hypotheſi tantum, non verò è rei ipſius veritate: [Etiamſi, inquit, conſtaret Paulum omnibus nominibus Petro anteponendum eſſe, nihil id " Romanis Pontificibus officeret, quoniam ipſi " tam Petrum quàm Paulum prædeceſſorem & " parentem agnoſcunt.] Quod ſupra expoſuimus ad locum S. Irenæi quem Bellarminus teſtatur. Aperuit autem idem Cardinalis eximiuſque ſcriptor, mentem ſuam de Vnico Eccleſiæ Capite à Chriſto inſtituto, & de Petri ſupra Paulum dignitate ac poteſtate, innumeris eiuſdem libri locis, qui ſtudioſo Lectori non maximè familiares eſſe non poſſunt, vnde iis ex-

Bellarmin. lib. 2. de S. Pont. c. 27.

ſcribendis fruſtra tempus haud abſumendum.

De Ieſuitarum autem Claſſicis ſcriptis quæ commemorat Eraniſtes, ea in manus meas non venerunt. Nec enim eorum vnquam alumnus aut diſcipulus exſtiti, multò minus cliens. Academiæ & Sorbonæ Pariſienſis perpetuus Auditor: in quâ ab Optimo Theologorum Philippo Gamachæo, inter præclara quæque didici, cum ijs qui Toletos, Maldonatos, Delrios, Suareſios, Vaſqueſios, Sirmundos & Petauios, alioſque tot eruditos numerant & oſtentant æmulatione Chriſtianâ & Theologo dignâ certandum eſſe: non verò aculeatis & conuitioſis verbis, Eraniſtæ more ac modo. Abſit tamen vt hîc Cenſorem agam, Monitor beneuolus.

III.

Neque ſolùm in Societatem exarſit Eraniſtes, ſed odio Societatis, in virum quoque nobilitate, ingenio & pietate Illuſtriſſimum Reuerendiſſimum in Chriſto Patrem Raconiſium Epiſcopum Vaurenſem. Is autem, vt accepi, non tam pro ſui nominis, quam pro veritatis patrocinio Apologiam elucubrat. Gratior erit, Lectori, tanti laboris expectatio, quá temerariæ cuiuſdam defenſionis meæ anticipata officia eſſe queant. Sufficiat Eraniſtis dixiſſe, quod Parmeniano eiuſque gregi (abſit tamen de Schiſ-
Optat. lib. 1. matis comparatione inuidia.) Optatus Mileuitanus,

uitanus, [Dei Epiſcopum linguæ gladio iugulaſtis, fundentes ſanguinem non corporis, ſed honoris.

IV.

Vt ad rem verò, à quâ peregrinari non diu licuit, ſeſe noſtra reflectat Oratio: totam diſputationem ſic contraho. Cathedra ſeu Primatus Pauli in Eccleſia Catholica Apoſtolica & Romanâ æqualis Primatui Petri ſecundum Eraniſtam, aut eſt de iure diuino aut de iure Eccleſiaſtico: ad nullum enim ius præterea reuocari poteſt: At verò non eſt de iure diuino: nec enim in Scripturis eius inſtitutio, nec in traditione Eccleſiæ continetur: Imò verò contrarium loquitur ac prædicat Eccleſia toto ſæculorum decurſu, vt oſtendimus. Eccleſia, inquam, quæ quantum ad iuris diuini omnes ac ſingulas ſanctiones, erat perfecta cum ab eâ, viſibili præſentiâ Chriſtus receſſit: vt ſi perfecta, maxime quantum ad cumulum perfectionis, nempe quantum ad Caput; Petrus autem ſolus erat Caput Apoſtolorum Chriſto in cœlum aſcendente, Caput Eccleſiæ Vniuerſæ, Paulo nondum in Eccleſiâ nato: nondum vocato, nondum conuerſo. Vnde igitur Paulus tam repen-

Concluſio.

Significat ipſe Paulus. 1. Cor. 12. & Epheſ. 4.

te Papa factus ? à Deo ? non paret à ſeipſo ? at ipſe ſcripſit. *Nemo ſibi aſſumit honorem, ſed qui vocatur à Deo tanquam Aaron.* A Petro vel ab Eccleſia ? igitur iure Eccleſiaſtico noua Primatûs excogitata, introducta. Eccleſia igitur hodieque *duo Capita vnum caput componentia*, creare ſibi poteſt ac imponere, quod infandum: nec tamen multum repugnat Eraniſtes, modò, inquit, *par ſit in vtroque dignitas & poteſtas*: Sed non licet, inquit, ampliùs: oſtendat ergo illam Gemini capitis, ſi vnquam extitit, conſtitutionem, iure diuino vel Eccleſiaſtico conſtantem, adeo vel ab Eccleſiâ reuocatam eſſe: ſi reuocata non eſt, ſecundum Eraniſtæ doctrinam quum extiterit, adhuc poſſibilis eſt: ſecundum noſtram reuocata non eſt, quia nulla vnquam fuit.

Hebr. 5.

Quæ cum ita ſe habeant, aſſerimus nunquam fuiſſe in Eccleſia duplex Caput, nunquam duos ſummos Pontifices: ne quidem in exordio: quùm incipere non debuerit Eccleſia Chriſti, ab eo quod Eccleſiæ Iudaicæ finem & interitum portendit. S. AVGVSTINVS. *Quomodo dicitur Pontifex anni illius, cùm Deus conſtituerit vnum ſummum Sacerdotem cui mortuo vnus ſuccederet? Sed intelligendum eſt per ambitiones & diſſenſiones inter Iudæos poſtea conſtitutum, vt plures eſſent.* Non ſic vera domus ſæculorum. Eccleſia vnius

S. *Auguſtin. in Ioan. tract.* 49.

Capitis eſt, vnius Veritatis, vnius Æternitatis.

Hæc pro tempore. Plura aliàs, ſi Deus dabit, cui laus, honor, Gratiarum actio immortalis.

FINIS.

Hoc qvicqvid est operis, Ecclesiæ Sanctæ Catholicæ Apostolicæ et Romanæ Ivdicio Avctor ex animo svmmittit.

CENSVRA SACRÆ FACVLTATIS THEOLOGIÆ PARISIENSIS, IN QVATVOR PRIORES LIBROS DE Republica Eccleſiaſtica,

AVCTORE MARCO ANTONIO DE DOMINIS *Archiepiſcopo Spalatenſi.*

HÆRESIM, naturam & aſtum ſerpentis imitari, qui eius ingenium norunt, facilè omnes agnoſcunt; nam quemadmodum ſerpens, præter atrum virus quod vndique iaculatur, caudam quoque ad caput ſæpè retorquet, ſiue totam dum colligit iram, ſiue vt torpentes & languidas vires acriùs exſuſcitet; ita etiam hæreſis vbi in varia fidei dogmata obrepere tentauerit, nec tamen quicquam profuiſſe, ſed venenum marcido iam corpore fruſtrà vomuiſſe & perdidiſſe conſpexerit, ad ſuum tandem principium, & à cauda ad caput per ſinuoſa volumina ſerpentis more redire, ſéque ad nouam rabiem animare ſolet. Id cùm pleriſque hæreſibus compertum habeamus, quarum ortus & interitus ſimiles exti-

tere, & ad eumdem ſcopum tam in fine, quàm in primordio ſemper collimarunt; in hac quæ noſtro infœlici tempore ex Orci tenebris excitata eſt, luce meridiana clarius emicat. Siquidem cùm anno quingenteſimo decimoſeptimo ſupra milleſimum nefarius apoſtata Martinus Lutherus, violatis non ſolùm Monaſterij, in quo per aliquot annos delituerat ſeptis, ſed etiam effractis verecundiæ Chriſtianæ repagulis, in Summum vniuerſalis Eccleſiæ Pontificem, varias cœpiſſet expuere calumnias, atque illius ſupremam poteſtatem non tantùm imminuere & labefactare, ſed etiam funditùs euertere ſtuduiſſet; peſtilens autem eius hæreſis pleriſque in Prouincijs, Deo duce, iam iam effœta & moriens ad exitum properaret; Ecce euoluto centum annorum ſpatio, nempe hoc decimoſeptimo ſupra milleſimum ſexcenteſimum, alter apoſtata & Eccleſiæ perduellis in medium prodire auſus eſt, eamdemque defectionem contra Eccleſiam, & generalem & Chriſti in terris Vicarium, renouare cogitans, librum nefarium innumeris hæreſibus refertiſſimum edere, hæretica temeritate præſumpſit. Quo in negotio fortaſſe verendum, ne plus periculi, & damni quàm olim à Luthero Eccleſiæ immineat & emergat; non tam quòd Lutheranum ſchiſma ab vno pſeudo-religioſo cœperit, iſtud vero ab homine varijs titulis laruato, & præci-

puis Eccleſiæ honoribus aucto; Sed etiam, quod, non ſine magno bonorum omnium luctu, plerôſque diuerſis in locis prætextato & ementito Catholicorum nomine, non ita, vt par eſt, in Supremam Eccleſiæ Antiſtitem propenſos experiamur. Quapropter Facultas Pariſienſis, officij ſui non immemor, maiorúmque ſuorum, qui omnis generis erroribus Cenſuræ animaduerſione notandis ſtrenuè laborarunt, veſtigijs inſiſtens, & optimè ſciens pari apud Deum peccati reatu teneri, qui, cùm ratio poſtulat vt loquantur, indiſcretè ſilere volunt, ac qui, mendacium ipſum & falſitatem obtrudunt; murum ſe pro domo Iſraël opponere, & venienti huic contagioſo morbo maturè occurrere voluit. Cúmque anno Domini milleſimo ſexcenteſimo decimoſeptimo, die trigeſima Octobris, Magiſter Nicolaus Yſambert, eiuſdem Facultatis Doctor & Syndicus, pro officio ſuo, in ſolemni Congregatione habita in maiori Aula Collegij Sorbonæ, poſt Miſſam de Spiritu ſancto, more ſolito celebratam, *Opus de Republica Eccleſiaſtica auctore Marco Antonio de Dominis, Archiepiſcopo Spalatenſi, Apud Io. Bilium Londini editum* 1617. obtuliſſet, & de innumeris quibus totum ſcatet hæreſibus, & erroribus grauiter eſſet conqueſtus: tum etiam quod, vt faciliùs ſuæ peſtiferæ doctrinæ virus incautis hominibus inſtillaret, Scholam Pariſien-

ſem, reipſa idem ſecùm velle, verbíſque duntaxat à ſeipſo diſſentire impudenter iactaret, prædictúſque Syndicus ſupplex à Facultate Theologica petijſſet, vt è ſuo Cœtu aliquos ſeligeret, qui prædictum Opus Antonij de Dominis quàm diligentiſſimè peruoluerent ac ſequentibus Comitijs, quæ in eo deprehenderent, fideliſſimè renuntiarent. Eius ſupplicationi annuens Sacratiſſima Facultas, quinque Magiſtros Theologos nominauit, qui ſingulas Operis propoſitiones accuratiſſimè annotarent, atque ad Comitia proxima pariter omnes referrent.

Itaque ſequentibus Kalendis Decembris eiuſdem anni, in ſolemni Congregatione apud Sorb. poſt Miſſam de Spiritu ſancto, vt moris eſt, celebratam, ipſi DD. ac Magiſtri deputati retulerunt ſe Opus prædictum Marci Antonij de Dominis attentè perlegiſſe, & coram tota Facultate tot tantaſque propoſitiones hæreticas, ſchiſmaticas, erroneas, ſcandaloſas, temerarias, piarum Catholicarúmque aurium offenſiuas, & præſertim in Sanctam Sedem Apoſtolicam Eccleſiam Romanam, eiúſque Pontificem Maximum, Chriſti in terris Vicarium, & Beati Petri ſucceſſorem contumelioſas, de verbo ad verbum ex prædicto opere decerptas protulerunt, vt ijs recitandis, ac cum ipſo opere conferendis, longum tempus effluxerit

Quibus auditis, & re tota in deliberationem per Decanum eiuſdem Facultatis adducta, & maturè conſiderata, ipſa Facultas.

Primò cenſuit prædictum opus de Republica Eccleſiaſtica, Auctore Marco Antonio de Dominis tamquam legi diuinæ, antiquis Eccleſiæ Canonibus, veterum Patrum Doctrinæ, Traditioni, & praxi Eccleſiæ Catholicæ omninò contrarium, hæreticum, impudentiſſimis calumniis, erroribus, atque innumeris mendacijs refertiſſimum, totius Ordinis Hierarchici ſubuerſiuum, damnandum, execrandum, & populo Chriſtiano penitùs interdicendum, prout de facto damnat & execratur.

Secundò cenſuit, ex tot tantíſque hæreſibus, erroribus, calumniis, mendacijs, & cæteris id genus portentis, aliqua eſſe ſeligenda, & Cenſuræ propriæ nota afficienda, vt ex paucis iſtis, quàm meritò fuerit prædictum opus condemnatum, & quàm contagioſum, & execrandum quiſque facilè dignoſcat.

Tertiò cenſuit vniuerſos Eccleſiæ Catholicæ Præſules, ac ciuiles Magiſtratus humillimè eſſe obſecrandos, & per viſcera miſericordiæ Dei obteſtandos, vt prædicti operis lectione, & retentione populo Chriſtiano interdicant, & ſi opus ſit, ſuæ interdictioni tam iuſtæ, cenſuras & pœnas adiungant; & tandem ne huius operis con-

demnatio quemquam lateat, Cenſuram hanc typis eſſe euulgandam. Datum Pariſijs in noſtra Congregatione generali apud Collegium Sorbonæ celebrata, Anno Domini milleſimo ſexcenteſimo decimo-ſeptimo, die decimaquinta Decembris.

De Mandato DD. Decani, & Magiſtrorum Sacræ Facultatis Theologiæ Pariſienſis.
PHILIPPVS BOVVOT.

PROPOSITIONES

ALIQVOT INTER INNVMERAS ALIAS SELECTÆ, EX QVATVOR PRIORIBVS Libris de Republica Eccleſiaſtica, Auctore Marco Antonio de Dominis Archiepiſcopo Spalatenſi, per ſacram Theologorum Pariſienſium Facultatem damnatæ,

IN EXPOSITIONE CONCILII ſuæ profectionis.

NVMERO 10.

ECCLESIA ſub Romano Pontifice, non eſt ampliùs Eccleſia, ſed reſpublica quædam humana, ſub Papæ Monarchia tota temporali: vinea eſt ad ſolum Noë inebriandum: Grex eſt quem Paſtor emungat ad ſanguinem, tondeat, imò radat, imo excoriet & mactet.

Hæc propoſitio prima ſui parte eſt hæretica, dicit enim veram Eccleſiam, cùm non alia ſit quàm quæ Romano Pontifici paret, iam deſiiſſe: Pro reliqua verò parte eſt calumnioſa & ſcandaloſa.

LIBRI. I. CAP. I. NVMERO I.

QVI de republica Eccleſiaſtica ſicut de purè humanis philoſophantur, mihi viden-

tur non parum à recto tramite aberrare, non modo quia in ea requirunt veram iuriſdictionem, hoc eſt vim coactiuam & ſubiectionem externam, vbi tamen, *Omnis gloria eius ab intus.*

Hæc propoſitio qua parte, Veram iuriſdictionem id eſt, vim coactiuam & ſubiectionem externam *Eccleſiæ denegat, eſt hæretica, & totius Ordinis Hierarchici perturbatiua, atque confuſionem Babylonicam in Eccleſia generans.*

NVMERO 13.

SAcerdotes omnes mortales in Eccleſia Chriſti, quicumque illi ſint, non tam dicuntur propriè Sacrificium offerre: quod verè & propriè ſolus Chriſtus obtulit, quàm *Sacrificij* illius memoriam celebrare (*Hoc facite in meam commemorationem.*)

Hæc propoſitio ſi intelligat actionem Sacerdotum Miſſam celebrantium non eſſe verum & proprium Sacrificium, eſt hæretica.

CAP. 2. NVMERO 7.

INquiunt Apoſtoli, *Nos orationi & miniſterio verbi inſtantes erimus,* non dicunt, nos legibus coactiuis condendis ac Tribunali vacabimus, nos pro arbitrio præcipiendo, puniendo, dominando, ſed orationi & miniſterio verbi inſtantes erimus, quia aliud ſibi commiſſum officium non agnoſcebant.

Hæc propoſitio eſt hæretica in illis verbis, quia aliud ſibi commiſſum officium non agnoſcebant.

CAP.

CAP. 3. NVMERO 18.

DIſparitatem poteſtatis inter Apoſtolos eſſe humanum inuentum, in ſacris Euangelijs & diuinis noui Teſtamenti ſcripturis minimè ſubſiſtens.

Hæc propoſitio eſt hæretica, & ſchiſmatica, de iuriſdictione Apoſtolica ordinaria, quæ in ſolo Diuo Petro ſubſiſtebat, intellecta.

NVMERO 33.

MOnarchiæ formam non fuiſſe immediatè in Eccleſia à Chriſto inſtitutam.

Hæc propoſitio eſt hæretica, ſchiſmatica, Ordinis Hierarchici ſubuerſiua, & pacis Eccleſiæ perturbatiua.

CAP. 4. NVM. 2.

SI de vero & proprio Vicario loquamur, qui perfectiſſimè Chriſti vices poſt eius in cœlum aſcenſum plenè geſſerit, geratque in terris & geſturus ſit vſque ad conſummationem ſæculi, quis dubitat eſſe Spiritum Sanctum Paracletum?

Hæc propoſitio eſt erronea & periculoſa, atque hæreſim Macedonij expreſſè redolens in verbo, Vicarij *propriè ſumpti.*

CAP. 6. NVM. 35.

PEtrus fermè ſtatim ab illa eadem fide decidit, *ſcilicet poſt confeſſam Chriſti diuinitatem, Matthæi* 16. neque ſemel, ſed ſæpiùs titubauit, etiam poſt Chriſti Aſcenſionem & Spiritus Sancti illapſum.

Hæc propoſitio eſt erronea, temeraria, & in Beatum Petrum contumelioſa.

CAP. 8. NVM. 10.

P*Aſce oues meas*, hoc eſt Iſraëlitas, qui tunc ſoli erant Chriſti oues, vnde & dicebat, *Non ſum miſſus niſi ad oues quæ perierunt domus* I*ſraël* : & Paulus ipſum Dominum vocat, *Miniſtrum Circumciſionis.*

Hæc propoſitio in verbo ſolos Iſraëlitas, *eſt hæretica, & ignorantiam craſſiſſimam auctoris prodit.*

CAP. 12. NVM. 5.

TAmetſi *articuli* Ioannis *Hus*, aliquid ſimile cum meis aſſertionibus continerent, damnatos tamen non eſſe legitimè, quia eorum ſingulorum examen non apparet.

Hæc propoſitio eſt falſa, erronea, ac in Concilium Conſtantienſe, quaſi legitimè non proceſſerit in damnandis erroribus Huſſitarum, contumelioſa.

NVMERO EODEM.

D*Octrina in articulis* Ioannis Hus *contenta, nimirum*, In Eccleſia non dari vnum caput ſupremum & Monarcham, præter Chriſtum : Chriſtum ſuam Eccleſiam per multos miniſtros, ſine vno iſto Monarcha mortali, regere perfectè & gubernare, eſt doctrina Catholica, à Sanctis Patribus egregiè explicata & confirmata.

Hæc propoſitio eſt hæretica quoad ſingulas partes.

NVM. 12.

SI quid incommodi habet Ariſtocratia, cui Monarchia facilè poſſit obuiare: Eccleſiam Spiritu Chriſti inſtructam, propterea & in ſingulis Eccleſiis voluiſſe Monarchiam, & in ſe tota, Ariſtocratiam.

Hæc propoſitio eſt hæretica & ſchiſmatica quatenùs vult Eccleſiam vniuerſalem, ſecundùm ſe totam, eſſe Ariſtocraticam.

NVM. 42.

DEus Spiritum ſuum toti Eccleſiæ promiſit, non alligando ipſum certis perſonis, ſiue certo generi perſonarum, putà ſolis Preſbyteris, alijſve clericis ad miniſteria Eccleſiaſtica deputatis, ſed ipſum voluit eſſe per omnes, licet non per ſingulos diffuſum: & conſenſus totius Eccleſiæ, in aliquo articulo, non minùs intelligitur in Laïcis, quàm etiam in Preſbyteris & Prælatis. Sunt enim etiam Laïci in Eccleſia, imò ex Eccleſia, ipſiúſque ſolidam & maiorem partem conſtituunt.

Hæc propoſitio eſt hæretica & ſtatus Eccleſię perturbatiua quatenus ad fidei propoſitiones ſtatuendas, conſenſum laïcorum requirit.

LIB. 1. CAP. 1. NVM. 9.

SIcut Apoſtoli ſimul & in ſolidum Ariſtocraticè curam gerebant Eccleſiæ, cum poteſtate æquali & vniuerſali, ita Epiſcopi omnes ſimul &

in ſolidum eandem regunt Eccleſiam, ſinguli cum plena poteſtate.

Hæc propoſitio eſt hæretica & ſchiſmatica, quoad vltima verba, ſinguli cum plena poteſtate.

NVM. 13.

EPiſcopi dicuntur Apoſtolorum ſucceſſores, quia in eorum officio, quod erat Apoſtolorum omnium commune, ſuccedunt, omnes omnibus in ſolidum.

Hæretica eſt & ſchiſmatica, cum agat de iuriſdictionis Apoſtolicæ poteſtate.

NVM. 15.

IN Poteſtate vniuerſali ſuccedunt Epiſcopi, non modò vniuerſi, ſed etiam ſinguli.

Hæretica eſt & ſchiſmatica vt duæ præcedentes.

CAP. 4. NVM. 17.

DE Ordine nihil prorſus habemus quo ipſius inſtitutio ad modum Sacramenti appareat.

Hæc propoſitio eſt hæretica, ſcandaloſa & ſtatui Sacerdotali & Epiſcopali contumelioſa.

NVM. 26.

NOn eſt Ordo, verum Sacramentum, ſed mera ad miniſterium deputatio ſine iſtis Characteribus & impreſſionibus.

Hæc propoſitio tota eſt hæretica ſecundùm vtramque ſui partem, & prout negat Ordinem *eſſe verum Sacramentum, & prout in eo* Characterem *non imprimi aſſerit.*

NVM. 27.

SI quis ex laïco ſeu Diacono aliove gradu infra Preſbyteratum, immediatè in Epiſcopum ordinetur, is pleniſſimè erit Epiſcopus, & ex tali ordinatione habet totam etiam Preſbyteralem poteſtatem.

Hæc propoſitio eſt hæretica & ſcandaloſa, per ſaltum volens, aliquos, ad Epiſcopatum promoueri poſſe.

NVM. 33. & 41.

AVguſtinus agnoſcit tantùm duo vera & propria Sacramenta quæ, clarè & expreſsè pateant à Chriſto eſſe inſtituta.

Hæc propoſitio falſa eſt, & in Beatum Auguſtinum contumelioſa.

CAP. 6. NVM. 16.

DIcat mihi noſter hic Deus ridiculus, ſeu Vicedeus, ſi nemo præter ipſum poteſt Epiſcopum ab vna Eccleſia ad aliam transferre.

Hæc propoſitio eſt contumelioſa, ſcandaloſa, & piarum aurium offenſiua.

CAP. 8. NVM. 13.

DIco Romanam Eccleſiam & ex magnitudine ciuitatis, & ex eo quòd eam duo primi Apoſtoli fundauerunt, Petrus & Paulus, & ex aliis capitibus, extra ius diuinum, habuiſſe vt ſemper reputata ſit Eccleſia Principalis, non tamen Domina & Regina ſuper vniuerſas Chriſti Eccleſias: Neque Auguſtinus, neque vllus ex antiquioribus Patribus, ſummam Eccleſiaſticarum rerum, in

Romana Cathedra poſuerunt; erat ergo & eſt, Eccleſia præcipua, nobilitate, exiſtimatione, nomine & dignitatis auctoritate, non regiminis & Iuriſdictionis Principatu.

Hæc propoſitio eſt hæretica & ſchiſmatica, quatenus apertè inſinuat Romanam Eccleſiam iure diuino auctoritatem in alias Eccleſias non habere.

CAP. 10. IN TITVLO.

SAcros Miniſtros ad cœlibatum iure non teneri.

Hæc propoſitio eſt hæretica, & ſtatui Clericorum, & totius Republ. Chriſtianæ perturbatiua.

NVM. 70.

QVamuis Epiſcopi, inducta conſuetudine, vt ſi coniugati eſſent, in ſui promotione, ceſſarent in poſterum ab opere nuptiarum; id tamen non faciebant ex religione, aut cautione; quaſi putarent id eis iam minimè licere; ſed ex deuotione & perfectioris cuiuſdam puritatis amore, &c. Hanc tamen deuotionem non omnes Presbyteri, qui ſunt multò plures, ſunt amplexi; ſed ſoli qui liberè voluerunt. Et ita Presbyteris liberum manſit, vt qui poſſent capere, caperent.

21 *Hæc propoſitio pro prima ſui parte falſa eſt, & erronea: pro ſecunda verò, qua dicit* Presbyteris liberum manſiſſe matrimonium, *eſt hæretica.*

CAP. 11. NVM. 40.

CÆlibatus à libera pendet Clericorum voluntate & electione; & ſi poſt ſacros Ordi-

nes quis contrahat matrimonium, id firmum erit & legitimum.

Hæc propoſitio eſt hæretica quatenus vniuerſalis Eccleſiæ conſuetudini, & conſenſui repugnat.

NVM. 43.

COncludimus primò votum ſolemne Monachorum, ſi quid efficit vltra votum ſimplex eorumdem, iam vitam Monachalem amplexorum, id totum ſola Eccleſiaſtica conſtitutione efficere.

COncludimus ſecundò ſolemnitates has *voti ſcilicet*, impedire quidem ac vetare ne matrimonium contrahatur: contractum tamen poſt illas, ex eis non dirimi, ſed eſſe ratum, firmum, & validum, tam in Monacho quàm in Moniali; ſicut poſt votum ſimplex.

Hæc propoſitio quoad ſecundum illam partem, contractum tamen, &c. *eſt hæretica, ſcandaloſa & Eccleſiæ ſtatus perturbatiua.*

NVM. 45.

SI propria authoritate ſine cauſa legitima quis Monachus profeſſus, fiat deſertor; hic ſanè peccat contra Deum, & damnationem habet; ſed Eccleſia nihil habet contra illum, in foro externo: habet tantùm cum illo negotium in foro conſcientiæ, propter peccatum; vt non abſoluatur, niſi redeat, aut ſi legitima cauſa abſoluatur, etiam non rediturus per irritationem vel commutationem voti. Quòd ſi vxorem duxerit, pœniteat de

peccato deſertionis, ſed permaneat in coniugio: neque enim ampliùs indiget vlla diſpenſatione, ipſe enim per aſſumptionem ſtatus incompoſſibilis cum monachatu ſecum ſatis diſpenſauit; quia longè arctius eſt vinculum connubij quàm Monachalis profeſſionis.

Hæc propoſitio quoad ſecundam partem, Eccleſia nihil habet, &c. *eſt hæretica, quoad illam aliam partem*, ſi vxorem duxerit permaneat in coniugio, &c. *eſt etiam hæretica ſcandaloſa, & ſtatus Eccleſiæ perturbatiua.*

LIB. 5. CAP. 7. NVM. VLTIMO

TOtus Concilij *Tridentini*, ſcopus fuit, vt ampliſſimam iam ex innumeris vſurpationibus Papalem poteſtatem non modò ſtabiliret, ſed etiam faceret ampliorem; Solus enim Papa, ſolaque Roma, Concilium illud rexit, ſtruxit & inſtruxit.

Hæc propoſitio eſt falſa, contumelioſa, & viam aperiens ad multas hæreſes, in hoc Concilio condemnatas, renouandas.

CAP. 8. NVM. 14.

VNumquemque Epiſcopum Iure diuino eſſe vniuerſalem.

Hæc propoſitio eſt hæretica & ſchiſmatica, ac vnitatis Eccleſiæ ſubuerſiua.

CAP. 10. NVM. 42.

MOnarchiam ſemper Chriſtus à ſua Eccleſia amouit, & eam ipſa Eccleſia eſt abominata.

Hæc

Hæc propoſitio eſt hæretica, ſchiſmatica, & ordinis Eccleſiaſtici perturbatiua & ſubuerſiua.

NVMERO 44.

FAlſum eſt vnionem Eccleſiæ Catholicæ in vnitate Rectoris viſibili conſiſtere.

Hæc propoſitio eſt hæretica & ſchiſmatica quatenus negat vnitatem Rectoris viſibilis ad vnionem Eccleſiæ facere.

LIBRI. 4. CAP. 1. NVMERO 1.

SVpremus Eccleſiæ Romanæ Primatus, ipſiuſque ſupra cæteras omnes Chriſti Eccleſias, Imperium, re vera nullis ſolidis innititur fundamentis.

Hæc falſa eſt & viam ad hæreſes & ſchiſmata ſternens.

NVMERO 25.

NEque Antiochiæ, neque Romæ, Petrus propriè ſedit, qui non vt ſederet, ſed vt excurreret, Apoſtolatum accepit: & quocumque pergebat, ſemper ſuam Cathedram, hoc eſt Epiſcopalem poteſtatem ſecum deferebat, quam nulli certo loco alligatam habebat.

Hæc propoſitio eſt falſa, & quæ ignorantiam auctoris prodit.

CAP. 2. NVMERO 11.

TOta, vt vidimus, antiquitas vniuerſalitatem *Romani Epiſcopatus* penitùs ignorauit.

Hæc propoſitio eſt vt præcedens, falſa, & eandem ignorantiam auctoris oſtendit.

R

NVM. 36.

ROmanam *Eccleſiam* eſſe conſtat perfectiſſimè ſchiſmaticam, quæ ſe à corpore Eccleſiæ vniuerſalis tunc abſcidit, quando membrum ipſius eſſe recuſauit: & quod peius eſt, & ſchiſmati addit tyrannidem verè Antichriſtianam caput ſe contra Chriſtum, qui ſolum, & verum ſuæ Eccleſiæ caput eſt, conſtituit.

Hæc propoſitio eſt hæretica & ſchiſmatica.

CAP. 6. NVM. 2.

OMnes ſanè Epiſcopi ſunt omnium Apoſtolorum etiam Petri in ſolidum ſucceſſores, *& paulò poſt*; non enim Petrus habuit quicquam peculiare, in quo ei dari debeat, magis quàm cæteris ſimul omnibus, ſucceſſio.

Prior propoſitio qua parte ſtatuit ſingulos Epiſcopos eſſe Petri ſucceſſores, eſt captioſa; quia Petrus vltra poteſtatem ordinis, in qua ei ſuccedunt Epiſcopi, aliam habuit Iuriſdictionis Apoſt. cui ſolus Romanus Pontifex ſuccedit. Poſterior, eſt hæretica, ſchiſmatica & hierarchici ordinis perturbatiua.

NVM. 7.

PLanum eſt Papatum hunc eſſe totum fictitium, commentum hominum, à Chriſti Inſtitutione remotiſſimum.

Hæc propoſitio eſt hæretica, vt iam ſuprà notatum eſt.

NVM. 19.

ABſolutè nego Romanum Pontificem eſſe Petri peculiarem, quocumque iure ſucceſ-

ſorem: ex iure enim diuino colligimus Romanum Pontificem non poſſe vlla ratione peculiari, Petro ſuccedere.

Hæc propoſitio eſt hæretica & ſchiſmatica, atque Romano Pontifici contumelioſa.

CAP. 7. NVM. 6.

POteſtatis plenitudo, vt optimè docent Pariſienſes, data eſt Eccleſiæ vniuerſæ, hoc eſt, omnibus & ſingulis Epiſcopis in ſolidum.

Hæc propoſitio eſt contumelioſa in Facultatem Pariſienſem, in particula, ſingulis Epiſcopis.

EODEM NVMERO.

SCiant etiam de Iure diuino, veram Iuriſdictionem, in Eccleſia nullam eſſe, ſed totam charitate regi, &c.

Hæc propoſitio eſt hæretica, & ordinis hierarchici ſubuerſiua.

NVM. 9.

PAriſienſium doctrina enucleatè intellecta, nihil diſcrepat à mea his libris tradita doctrina, & ab ipſa veritate, *& paulò poſt.* Schola itaque Pariſienſis & noſtra eſt, & reipſa poteſtati ſtudet Ariſtocraticæ non Monarchicæ: quare ex eius quoque doctrina, Papatus, nullo poteſt ſolido ſubſiſtere, fundamento.

Mera contra facultatem Pariſienſem, impoſtura.

CAP. 8. NVM. 53.

SEd ego quoque illiteratum & notoriè, ac inſigniter ſceleſtum, ex Sanctorum Patrum di-

ctis inſinuaui, ſacrum Ordinem non ſuſcipere: & ſacrum Ordinem poſſe amitti.

Hæc propoſitio eſt hæretica, & inter hæreſes Bohēmorum, in Concilio Conſtantienſi, condemnata.

CAP. 10. NVM. 11.

CONcilia Occidentalia, vt Lateranenſe, ſub Innocentio III. Lugdunenſe, ſub Gregorio X. & Florentinum, &c. ſub iugo Monarchiæ Romanæ Eccleſiaſticæ iam dominantis gemendo, applaudere tanto Monarchæ ſunt coacta.

Hæc propoſitio eſt falſa, calumnioſa, & ſcandaloſa.

NVM. 95.

BEdam, Anſelmum, Hugonem Victorinum, & Bernardum inter Monarchicos non quidem decipientes, ſed potiùs deceptos reponimus. *Et paulò poſt.* Alios vero poſteriores magna ex parte, paraſitos, & aſſentatores, malæque fidei deceptores, & contra propriam ſcientiam & conſcientiam contentioſos & verboſos diſputatores iſthac, in cauſa reijcimus penitùs, ne dicam contemnimus.

Hæ propoſitiones ſunt contumelioſę.

NVM. 99.

SI quis verò opponat in Concilio Conſtantienſi fuiſſe Vvicleffi & Huſſi articulum de primatu Papæ ab eis negato, condemnatum, &c. Reſpondemus Patres Concilij Conſtantienſis Monarchiam Eccleſiaſticam tenuiſſe, & communiſſimo iam errore fuiſſe infectos.

Hæc propoſitio quoad vltima verba, eſt hæretica, & in Concilium Conſtantienſe contumelioſa.

CAP. II. NVM. 15.

SI Sede vacante Canonici Lateranenſes, cum reliquo Romanarum Eccleſiarum proprio Clero, & Senatu populoque Romano coniuncti, Pontificem Romanum eligerent, & eundem ſic electum; facerent ab Epiſcopis circumuicinis, etiam non Cardinalibus (ſi Epiſcopi Cardinales renuerent) conſecrari; is verus & legitimus eſſet Romanus Pontifex, multò magis quàm ille quem in Conclaui eligerent Cardinales, & conſecrarent.

Hæc propoſitio eſt ſeditioſa & ſcandaloſa, hæretica quoad formam & modum electionis.

EODEM NVMERO.

QVod Pariſienſes, Cardinales ſolos faciunt totius Eccleſiæ vniuerſalis nomine, Papæ electores, eſt mera vanitas, quia ſupponunt in Eccleſia vniuerſali vnum Papam vniuerſalem, qui toti præſit Eccleſiæ vniuerſali, tamquam Epiſcopus vniuerſalis.

Hęc propoſitio eſt erronea, cuius error cadit in particulam mera vanitas, *& quoad ſuppoſitionem quam Pariſienſibus tribuit, falſa, eiuſque falſitas, in hęc verba,* tamquam Epiſc. vniuerſalis, *cadit; quaſi alij Epiſcopi ſint tantùm Papę Vicarij.*

Prædictarum propoſitionum qualificatio lecta,

& approbata eſt in præfata Facultatis Theologiæ Pariſienſis Congregatione, & in ordinem redacta, anno & die præfatis.

De Mandato dictorum DD. Decani, & Magiſtrorum Sacratiſſ. Facultatis Theologiæ Pariſienſis.

PHILIPPVS BOVVOT.

BIBLIOTHEQUE DE LA VILLE LYON 1896

Errata ſic ante omnia reſtitue.

Lib. Prim.

PAgina 19. linea 12. qui per lege quippe, Pag. 20. l. 3. quoque lege quæque, Pag. 27. l. 28. πολλή. lege πολλά. Pag. 32. l. 23. ἀοιδίμω. l. ἀοιδίμῳ. Pag. 33. l. 10. afferret. l. referret. Pag. 34. l. 1. Architium. l. Archibium. ibidem l. 10. Tirin. l. Ticin. Pag. 39. l. 28. προεχειρίσατο, l. προεχειρήσατο. Pag. 49. l. 4. lieruæus natal. adde ex ſancto Gregorio. ibid. l. 20. rerum. l. verum. ibid. l. 26. prerogatiua. l. prærogatiuâ. Pag. 54. l. 19. ſe, lege eſſet. Pag. 60. l. 1. hæc. l. hac. Pag. 61. l. 23. hirmerium. l. himerium. Pag. 62. l. 4. Eugutinum l. Eugubinum. Pa. 97. l. 1. leg. à puero.

Lib. Secund.

PAg. 10. l. 18. Vnum idem. l. Vnus idemque. ibid. l. 25. Petro Moſes. l. Petrus Moſi. Pag. 15. l. 5. præſepe. l. perſæpe. ibid. l. 7. diſcrimen igitur eſt. igitur. Pag. 17. l. 2. confectum. l. præfectum. Pag. 22. lin. 16. pergo. l. pergæ. Pag. 23. l. 18. ἔλεαζε. l. ἐλέαζε. Pa. 35. l. 2. ſequetur. l. ſequatur. Pag. 38. l. 14. dele virgulam ante Apoſtolatus. Pag. 40. l. 23. ea. l. ex grat. Pag. 41. l. 8. Paſtoris. l. Paſtori. Pag. 49. l. 15. ἀπέδηξεν. l. ἀπέδειξαν. Pag. 53. l. 2. annum. add. ſecundum. Pag. 54. l. 9. doti-bus merit. l. dotibus ac meritis. ibid. lin. 14. SS. Petro Paulo. l. Petro & Paulo. Pag. 55. l. 10. ille. l. illa. Pag. 62. l. 21. conſentanea l. conſectanea. Pag. 66. l. 6. deme tamen. Pag. 69. l. 13. ſi enim. l. ſic enim. Pa. 73. l. 20. dem. vt. Pag. 104. l. 12. hoc. l. hæc. ibid. l. 24. Timotliæi. l. Timothei.

Digitized by Google